ni eorundem irrogetur intentui/decernimus talium cadaue/
ra cum tali habitu nisi apud fratres ipsos in eorum cimiteriis
nec alibi posse/absq; fratrum domus loci/in quo tales decesse
rint expressa licentia & assensu. CETERVM ut si rõne par
rochialium ecclesiarum apud quas domus fratrum eorundẽ
constructe fuere/uel construentur in futurum locorũ ordina/
rii in eosdem fratres aliquã superioritatẽ uendicare tẽptarẽt/
ne eorundem fratrum quies in aliquo perturbetur/ipsis fra/
tribus concedimus/ut in sic concessis/& quas eis concedi con/
tingerit in futurum curatis ecclesiis possint per capellanũ a ge
nerali/uel de illius cõmissione a prouincialibus seu aliis prio/
ribus dicti ordinis pro eorum nutu eligendum/ponendum &
amouendum/curam dictarũ ecclesiarum exercere. Qui q̃diu
capellanat⁹ huiusmodi fungetur officio/ac si dicti ordinis fra/
trum seruorum professor existeret eorundẽ fratrum libertate
& exemptione fruatur/ecclesieq; predicte & illarum bona/ea.
dem qua domus fratrum dicti ordinis prerogatiua letentur.
ILLI PRETE rea particule litterarũ clementis predecesso
ris predicti/in qua fratribus dicti ordinis/ꝙ priorem generalẽ
dicti ordinis certo modo eligere possint conceditᷣ/motu/ sciẽ/
tia/& auctᵉ predictis adiicimus/ꝙ idem generalis prior sic ele
ctus/postq̃ electionis sibi p̃sentato decreto cõsenserit intelli/

gatur/auctoritate ap'lica cōfirmatus/ac eo ipso libere exerce/at & administret/que ad suum generalatus ptinet officiū. Reiecta quauis professorꝶ dicti ordinis/& aliorꝶ sibi rōne dicti officii subditorꝶ appellatōe quā ab eius p̄ceptis/ monitionibus/ordinationibus mandatis & decretis regularis discipline eorundē quomodolibet interponi cōtingeret. ATTENDENTES Insup ꝙ prouincialium & conuentualiū priorū electiones eo firmiores & gratiores erūt/quo solēnius celebrabunt: uolumus/ac motu sciētia & auctē sepedictis/statuimus ꝙ prouincialiū & conuentualiū quorūlibet priorꝶ dicti ordinis electiones in generali uel ꝓuincialibus cap'lis per frēs dicti ordinis fieri consuetis perpetuis futuris tēporibus fieri debeant/& fratres predictos ad electiones huiusmodi/sic & non aliter faciendas teneri & obligatos esse declarantes/ac quicquid sec⁹ attemptari contingeret seu fieret/irritum & inane decernentes. RVRSVS quia intelleximus ꝙ & si pie memorie ioānes papa uigesimussecūdus/etiam predecessor noster illorum opinionem/qui asserebant/ꝙ confessis predictis & aliis quorūcūꝙ mendicantium ordinum fratribus/ad audiendas cōfessiones iuxta iuris dispositionē deputatis pro tēpore tenebantur eadē peccata rectori eorꝶ parrochialis eccl'ie iterū cōfiteri/ reprobauerit:& deinde recolēde memorie. Eugenius papa. iiii. similiter predecessor noster reprobationē huiusmodi approbando/cōtra talia asserētes/tanꝗ de heresi suspectos p locorꝶ ordinarios inqri & ꝓcedi mādauerit/ac successiue:nicolaus p̄decessor p̄fatus a ioāne & eugenio p̄decessorib⁹ hmōi gesta ī p̄missis robur ppetue firmitatis obtinere debere decreuerit/ nihilomin⁹ nōnulli adhuc eorūdē ihērētes ꝓteruie opinionem predictam/& desuper damnatos & male sonātes/ac reprobos factos articulos ueros esse/affirmare non uerentur/ut talium presumptuosa temeritas tanto minus inualescat/quanto plurium erit superiorum correctioni subiecta/concessam contra tales opinantes/per eiusdem Eugenii predecessoris litteras locorū ordinariis facultatē/ad inquisitores heretice prauitatis extendimus/ac uolumus/ꝙ inquisitores ipsi quicunꝙ fue/

rint/eadem qua ordinarii contra tales auctoritate fungātur/
QVODQVE si per quoscunq; processus/lites & contro/
uersias inter fratres ecclesiarum rectores & ordinarios predi
ctos emergentes/ordinarii ipsi seu quicunq; alii ad inhibitio/
nem helemosynarū per xp̄i fideles fratribus ipsis faciendaꝝ/
quocunq; modo fuerint prolapsi:uolumus:& presentium te/
nore decernimus /omnes & singulos inhibētes huiusmodi/ex
cōmunicationis sententiam ipso facto incurrere/ac contra eos
dem heretice prauitatis inquisitores prefatos ad omnem sim
plicem dictorū fratrū/requisitionem/tanquā contra hereticos
posse ac debere procedere. IOANNIS quoq; predecessoris
predicti declarationem atq; decretum quod priores & frēs/q
pro tempore essent domorum/& locorum prefati ordinis/ubi
cunq; consistentium/a quacunq; etiā per ipsum/seu auctē apo
stolica quandocūq; super personis ecclesiasticis/ubicunq; con/
stitutis imponēdi subsidii exhibitione/sicut mendicantiū ordi/
num fratres/exēpti penitus & liberi/ad aliqd huiusmodi subsi
diis soluendum non tenerentur/ad non solutionē collectarū/
seu exactionum quarūlibet uel uigesime/ac nullas noualium
eorum que propriis manibus & sumptibus colunt ac ortorū/
uirgultorum & piscationum eorum decimarū exactiones/nec
nō quecunq; bona dictorū fratrum/& onera que etiā sub cu/
iusuis alterius quarte uel caritatiui subsidii quo ad ecclesias
usq; ad presentem concessionem eidem ordini/uel eius domi/
bus aut locis unitas uel concessas/aut datii/pedagii/uel gabel
le imbottati/ aut alio quouis nomine indicentur/per locorum
ordinarios/clerum aut populū/siue principes/& dominos tē/
porales/ac alios quoscunq; exigerentur/etiam quauis aucto/
ritate eisdem/motu/scientia & auctoritate extendimus/ac de/
cernimus/dicti ordinis fratrum seruorū professores/etiā si de/
cime/& onera huiusmodi/per quoscunq; exemptos/etiā men/
dicantium ordinum professores solui mandarentur cum qui/
busuis etiam derogatoriaꝝ derogatoriis ac fortioribus & ef
ficatioribus clt̄s ad decimarum & onerum predictoꝝ solutio
nem non teneri ac in illoꝝ solutione/ cessando/ censuras aut

penas aliquas nō incurrere/nisi pñtibus/nō per generales/aut alias clausulas spālē mentionē importātes/sed al's sit specifice derogatū earūdē pñtiū de uerbo ad uerbum inserto tenore. ET VT/uirgines/uidue/& coniugate psone/sorores mātellate/seu pizochere dicti ordinis fratrū seruorū nuncupate pdicte tanto feruētius iuxta eorum uiuendi ritum & morem sub cura/& fm instituta eiusdē ordinis ac ordinata/per prefatum martinum pdecessorē nostrū diuinis studeant uacare beneplacitis/quāto maioribus priuilegiis & fauoribus pfate sedis ppterea cognouerint se/refectas/motu/sciētia/& auctē pte fatis uolumus/& eisdem personis cōcedimus/ꝙ omnibꝰ & singulis/priuilegiis/immunitatibus/fauoribus/gratiis/ & indultis spiritualibus & tēporalibus ordini & fribus predictis concessis & concedendis/& quibus illi in genere quomodolibet potiuntur & gaudēt/tam in uita q̄ in mortis articulo/& circa peccatorum remissionē/& iniunctarum penitentiarum relaxationem/ac quascunqꝫ tēporales & plenarias indulgētias/potiri & gaudere ac participes esse possint/& debeant/liceatqꝫ fratribꝰ eisdem/sororibus pizocheris/& mantellatis personis pdictis/ etiā in domibus quotiens opus fuerit/ac in paschate/ eucharistie/& extreme unctionis sacramenta ministrare/& quādo eas decedere contingerit/illarum cadauera ad eorūdem fratrum ecclesias tumulanda deferre/etiam parrochialium ecclesiarū psonarū siue rectorū licentia de super minime requisita. ET NE OBlati dicti ordinis/qui in illo ad instar oblatorum ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini pdicti recepti fuerunt/& recipientur in futurū pro ut uigore priuilegiorū dictis fratribus seruorum beate marie/a predecessoribus nostris romañ. pontificibus concessorū recipi poterunt/& pro tempore poterūt/eorū pure deuotionis ad ordinē fratrum seruorum huiusmodi frustrenē effectu/omnia & singula circa fratres/& sorores siue pizocheras & mantellatas nūcupatas predictas in quibuscunqꝫ priuilegiorum predictorum/& presentibus litteris statuta/concessa & ordinata/aut illis & fratribus predictis in eorum cōmodum & fauorem indulta ad easdem dicto

ordini fratrum feruorũ beate marie/& pro tempore oblatas
& cõmiffas utriufq́ fexus perfonas/fciẽtia/motu/& auctorita/
te prefatis extẽdimus.& ampliamus:ac in eis locum haberet
perinde/ac fi pro eifdem oblatis pfonis/& circa illas emanaf/
fent/decernimus/uolumus & ordinamus. STATVTO ue/
ro litterarũ urbani predeceſſoris antedicti/cauenti q̃ nullus
ex predictis fratribus/qui in fuo ordine regularẽ profeſſionẽ
emififſet/ad aliquem alium/etiam fancti benedicti/uel quorũ/
cunq́ mendicantiũ ordinem tranfire ualeret/motu/fcientia/&
auctoritate predictis addimus/& uolum⁹/q̃ nullus cuiufcũq́
alterius ordinis.abbas/generalis/uel prelatus/fiue perfona fe
cularis cuiufcunq́ ftatus/gradus/ordinis/uel conditionis exi/
ftens/quauis etiã apoftolica/ac generali uel fpeciali auctẽ fuf
fuletus aut fuffulta predictos fratres feruorum beate marie/
recipere uel retinere/nec aliqui apoftolice fedis legati etiam
delatere/aut maior penitentiarius eifdem fratribus a predi/
cto fuo ad aliquod alium ordinẽ hmõi fe/transferendi fiue be
neficia aliqua recipiendi uel retinendi habilitatẽ uel difpẽfa/
tionẽ ullam cõcedere/aut fratres eofdẽ a fupiorũ fuorũ regu/
lari obedientia quomõlibet eximere poffit uel debeat abfq́
fpeciali licentia in dicto ftatuto contenta/& de uerbo ad uer/
bũ exprimẽda. Quodq́ nihilominus/abbates/generales/feu
p̃lati/uel perfone hmõi/qui aut que tales fr̃es cõtra ftatuti p̃/
dicti & p̃ntis nr̃e uoluntatis formã & tenorẽ aliquẽ ex fr̃ibus
predictis recepiſſent uel recipiẽt in futurum illos cũ oĩbus &
fingulis bonis que fecũ haberent:& a domo feu ꝯ conuentu/
a quo tp̃e tranflationis hmõi diceffrant fecũ attulerant/ ad
domũ feu cõuẽtũ p̃dictos remittere teneanť/fñiam excõicatio
nis late fñie de facto incurfuri/quotiens monitione premiffa a
fuperioribus dictorũ fratrum requifiti/illud facere recufaue/
rint & nihilominus beneficia/que p fr̃es predictos habilitatis
aut difpenfationis hmõi p̃textu obtinerenť oĩno uacare cenfe
antur & per illum ad quem illorũ collatio pertinebit alii uel
aliis idoneis perfonis /tanquã uacantia libere & licite confer
ri poſſit & affignari.Quodq́ fratres predictorum qui a dicto

ordine discessissent siue discedent illius habitum relinquen/
do/& censuras ecclesiasticas incutendo/bona omnia per eos
postquam professionem dicti ordinis emiserint quomodoli/
betacquisita/ad predictum ordinem deuoluatur eo ipso/mo/
tu/scietia/& auctoritate similibus statuimus atq; decernimus.
CVPIENTES Insuper cunctos xpi fideles a norma recti/
tudinis & rationi tramite deliros ad reconciliationis gra/
tiam domino propitio redire priori generali fratrum seruo/
rum beate marie ordinis sancti Augustini predicti/nũc & pro
tempore existenti / q; oẽs & singulos uagos/relapsos/& apo/
statas dicti ordinis/ut ad eundẽ ordinẽ/pro ut tenenẽ humilr
& deuote reddeãt/& ppria que hñt supioribus suis assignent/
eisq; obedientiã & reuerẽtiã debitas exhibeãt/& regulr uiuãt
iuxta eiusdem ordinis fuorũ salutaria instituta/oĩbus iuris re/
mediis oportunis cõpellere/& illos q sup his in obediẽtes si/
ue rebelles fuerint/excõicare/capere/ligare/incarcerare/& als
discipline regularis rigori per se ipsum uel alios ab eo de/
putatos/in quocunq; habitu & loco/etiam si in romana curia
tales apostatas contingeret inueniri/in qua prout extra eam
priorẽ predictum super illius subditos tã expresse q̃ tacite p/
fessionis emisse uigore ordinarium/aucte apostolica deputa/
mus/subdere libere & licite possit/motu/sciẽtia/& aucte pre/
fatis cõcedimus facultatẽ. Inuocato ad hoc quotiẽs opus fue
rit/auxilio brachii secularis. Ac inhibemus/ne apostate predi
cti cõfessiones audire/uel docere quoquomõ p̃sumant/nisi ad
aliũ ordinẽ in quo licite hmõi exerceantur officia/de prioris
generalis p̃dicti licentia speciali se transtulerint. ET PRE/
TEREA inhibemus/ut nullus siue in cuiussuis religionis or
dine siue extra ordinẽ cõstitutus habitum frum seruorũ p̃ di/
ctorũ aut illi/ita cõsimilẽ/q; per illũ frater seruorũ beate ma/
rie credi/nullaq; mulier/pizochera/foror/aut mantellata/siue
monialis alterius ordinis habitum cõsimilem habitui monia/
lium/sororum/pizocherarum siue mantellatarum dicti ordi/
nis frm suoꝝ uel illi cõsimilẽ q; ipsi⁹ psona cẽseri possit deffer
re ualeat/absq; sedis apstolice licẽtia speciali. Ita ut qcũq; illũ

aliter gestare repertus fuerit correctioni generaliũ & ꝓuincia-
liũ ordinis huiusmodi iuxta illorum arbitrium puniẽdus subii-
ciatur. VT AVTEM capitulum generale dicti ordinis eo cẽ
lebrius sit/quo inibi plures ad theologie magisterii gradũ de
beant promoueri/litteras bonifacii ꝑdicti/per quas priori ge-
nerali/qui dicti ordinis pro tẽpore fuerit/ꝙ in quolibet eiusdẽ
ordinis capitulo generali unum illius fratrem/quem duxerit
eligendũ ad id repertum idoneũ ad huiusmodi magisterii ho-
norem promouendi licentiam elargitus est/ampliando priori
predicto duos dũtaxat dicti ordinis fratres/unum citra monta
num/& alterum ultramontanũ/si tunc inueniatᷣ/ alias in ultra
montani/citramontanum/& in citramontani defectum ultra-
montanum aliũ ad magisterii theologie gradum predictũ or-
dinatione litterarum dicti bonifacii/necnõ modo & forma stu
dii in promotionibus graduum & graduandorum predicto or
dini/datis atꝙ concessis circa premissa seruatis/promouendi li
centiã & facultatem/motu/sciẽtia/& auctoritate prefatis elar-
gimur. AC PRETEREA ne de sufficientia promouendo-
rum huiusmodi hesitetur/statuimus ꝙ nullus frater predicto-
rum ad bacalariatus/nisi per quinꝙ annos continuos/& ad mã
gisterii theologie gradus/nisi per tres alios annos post assecũ
tionem bacalariatus huiusmodi/iuxta alicuiꝰ uniuersitatis cõ-
suetudinem in facultatibus huiusmodi studuerit quomodoli-
bet promoueri possit. Quodꝙ prouincia & conuentus de quã
promouendi ipsi fuerint oriundi/illis de congruis & sufficien-
tibus expensis in talibus promotionibus iuxta uniuersitatis ĩ
qua promouebuntur morem uel consuetudinem requisitis &
opportunis totaliter prouidere teneantur: si & quatenus ĩ ali
qua uniuersitate/ubi studium uigeat/aut ĩ capitulo dicto ordi
nis generali & non alibi ad gradus predictos se faciant ꝓmo
ueri. Decernentes ꝙ fratres ipsi promouendi ad huiusmodi
gradus licẽtiam uel indultũ ab apostolica sede impetrare nõ
debeant/sine speciali & expressa dicti generalis licentia/ac irri
tum & inane/quicquid secus fieri contingeret uel attemptari.
VT AVTEM predicti fratres tanto feruentius diuinis bene

placitis insistant/quanto maioribus se uiderint spiritualibus
gratiis fore munitos/omnibus & singulis dicti ordinis profes
soribus presentibus & futuris/ut confessor idoneus dicti ordi
nis/quem ipsorum quilibet pro se duxerit eligendum/ eorun/
dem confessione diligenter audita pro cōmissis per eos exces
sibus & peccatis/etiam si talia forēt/ propter que sedes aposto
lica esset merito consulenda/semel in uita & semel in mortis
articulo plenariam absolutionem/& peccatorū huiusmodi re/
missionem/etiam si ante factam dicti ordinis professionē eos
decedere contingeret. QVODQVE liceat eis habere alta
re portatile/super quo in locis ad id cōgruis & honestis per se
ipsos/si presbyteri fuerint/uel alias per idoneos presbyteros
missas & alia diuina officia/etiā anteq̄ illucescat dies/circa ta/
men diurnam lucem/& absq̧ alieni uiris preiudicio. Et tempo
re generalis interdicti ordinaria solum/non autem auctorita/
te apostolica appositi in locis predictis/preterq̄ in ecclesiis ab
ordinarii obedientia non exemptis quotiens ab eis contige/
rit interdici. AC CVM generale terre fuerit interdictū in
ecclesiis & locis prefati ordinis dūmodo causam nō dederint
interdicto/& clausis ianuis excōmunicatis & interdictis exclu
sis/& submissa uoce celebrare seu celebrari facere/necnō eius
dem interdicti tempore ad diuina huiusmodi cum eis sorores
pizocheras/mantellatas/oblatas cōmissasq̧ personas/ipsorūq̧
fratrum/ac monasteriorꝝ monialium ordinis predicti/procura
tores & negocia gerentes utriusq̧ sexus admittere prefatis/
motu/sciētia/& auctoritate indulgem⁹. CONFIRMATIO
NEM quoq̧ litterarum bonifacii predicti qui priori & fratri/
bus seruorum huiusmodi/ut ipsi & eorū domus & loca/omni/
bus & singulis priuilegiis/libertatibus/īmunitatibus/exēptio/
nibus/& indulgentiis laudabilibus uti possent/quibus fratres
ordinis fratrum heremitarum sancti augustini prefati eis ab
apostolica sede concessis/usi fuerant in martini prefati litteris
insertarum/per eūdem martinum factam/ad quascūq̧ litteras
& gratias spirituales & temporales/ac concessiones indulgē/
tias peccatorum remissiones/alme urbis stationes in genere

uel in specie/fratribus & sororibus/pizocheris seu mantellatis & aliis eiusdem ordinis fratrum heremitarum utriusq; sexus personis/necnon eiusdem ordinis domorum & locorum/ capellas & oratoria uisitantibus concessas/& quas in futurū ab apostolica sede concedi contingerit/ad generalem aliosq; priores & fratres/necnō ecclesias/oratoria/domos/& loca ordinis fratrum seruorum huiusmodi iu quibuscūq; prouinciis/ ciuitatibus/terris/seu locis consistentia/motu/scientia/ & auctoritate sepedictis extendimus/eisdemq; prioribus & fratribus seruorum q; omnibus imunitatibus/libertatibus/& indulgentiis prefatis/ubilibet locorum fungi & gaudere libere possint/quib⁹ dicti ordinis heremitarum/priores generales/& fratres domos atq; loca in quibusuis prouinciis siue locis uti/fungi/ & gaudere possunt/siue poterunt quomodolibet in futurum. Quodq; uniuersi christi fideles uere penitentes & confessi/qui ecclesias/oratoria/& loca ordinis fratrum seruorum huiusmodi pro tempore uisitabunt/illas indulgentias & peccatorum remissiones consequantur/quas consequerentur/si uisitarent singulas ecclesias/oratoria/atq; loca fratrum heremitarum huiusmodi ubicūq; sita in omnibus & per omnia perinde/ac si imunitates priuilegia/libertates/& indulcta predicta/prioribus fratribus/domibus & locis/ordinis seruorum huiusmodi/ ac indulgentie/& peccatorum remissiones/predicte uisitantibus ipsius ordinis seruorum/domos/ecclesias/loca & oratoria/pari modo a principio concessa fuissent/& imposterum concederentur/similiter indulgemus. CVM INSVPER ad ecclesias eorundem fratrum seruorum refugiētes a iure & apostolicis priuilegiis concessa securitate gaudeant/& nōnulli in dubium reuocent interdum/quid ecclesie appellatione contineatur ad tale dubium submouendum domos ipsorum fratrum seruorum/ cum ortis/ortaliciis/claustris/officinis/& locis omnibus infra illorū ambitum inclusis comprehēdi/& dicta immunitate gaudere: qua ecclesie ipse gaudent/seu poterunt imposterum gaudere/pari motu/scientia/& auctoritate declaramus/imunitatē ipsā quatenus expediat ad illa etiam extendentes. PRETEREA

quieti dictorum fratrum seruorum attendẽtes ac scandala & dissensiones que inter ipsos & aliorum quorumcũq; ordinum monachos/canonicos/siue fratres occasione recipiendorum/ aut construendorum locorum exorta sunt/& possent pro tempore exoriri/tollere cupientes/motu/scientia & auctoritate iã dictis prohibemus/ne aliqui sancti benedicti/uel aliorum non mendicantium/monachi seu canonici quorumcũq; mendicantium reliquorum ordinum fratres/eorũ domos/ecclesias oratoria siue loca q̃cũq; iuxta domos/ecclias & oratoria/uel loca eorundem fratrum seruornm/nisi ultra spacium centum quadraginta chanarum per aerem mensurandarum accipere uel de nouo fundare aut edificare/nec fundata uel edificata recipere. NE VT TAM monachi/canonici/& fratres predicti/quam etiam eiusdem ordinis fratrum seruorum de obseruantia fratres nuncupati/necnon laici utriusq; sexus cuius dignitatis/gradus/ordinis uel conditionis fuerint/& si marchionali/ducali/ comitali patriarchali/ archiepiscopali/ episcopali/& alia qualibet ecclesiastica presulgeant dignitate & auctoritate/domos/ecclesias/oratoria/uel loca per fratres conuentuales seruorum huiusmodi habita & possessa/aut monasteria monialium uel sororum cure ipsorum fratrum conuentualium seruorum beate marie cõmissa aliis fratribus monialibus/uel sororibus etiam eiusdẽ ordinis sub excõmunicationis late sententie/pena eo ipso totiens quotiẽs ipsos cõtrafacere contingerit incurrenda/quouis nomine nuncupatis quomodolibet concedantur/aut q amotis/exinde fratribus & sororibus illos/& illa inhabitantibus reformentur/& alii fratres aliene moniales aut sorores eorum loco surrogentur/& substituantur ibidem/seu q domos ecclesie/oratoria & monasteria predicta aliis assignentur uel committantur procurare/ querere/seu tẽptare/nisi apud priorem generalem dictorum fratrum seruorum pro tempore existentem/qui teneatur & debeat/quotiens opportunum fuerit/& fuerit requisitus per se uel ab ipso deputandos / domos/ monasteria/ & loca ipsa

abbatia li +

debite reformare/& que correctione/& emendatione indige rent/corrigere/ac emēdare. Nec etiam ad effectum ammotio nis huiusmodi a domibus suis eisdem fratribus seruorum cō uentualibus/ac eorum cure cōmissis monialibus & sororibus iniurias uel grauamina aliqua inferre/seu ab eisdem fratrib⁹ seruorum eorūq; cure cōmissis monialibus & sororibus predi ctis/pro rebus & bonis que haberent/ac negociationis cā nō defferēt/pedagia/guidagia/gabellas/aut alia quouis nomine nuncupata/noua/onera/petere/exigere/leuare/quoquomō pre sumant. Ac uolumus/motuq; scientia/& auctoritate predictis statuim⁹& ordinam⁹/q; fratres ipsi cōuentuales/ac moniales sorores & alii quicunq; reformationibus quas fieri continget per generalem aut de illius speciali commissione prouincia les priores fratrum seruorum predictos acquiescere/illasq; ob seruare omnino teneantur & debeant. Quodq; layci predicti in faciendis reformationibus huiusmodi: alias quam ut pfer tur/nullatenus se intromittant/aut ne fiant/opponant/uel con tradicant/nec q; postmodum facte reformationes alterent uł mutentur/aut in eis aliquid ultra addatur/ querere audeant/ sub eadē excōmunicationis sententia/si contrafecerint/eo ipō ex tunc incurrenda/decernētes/irritum & inane/si secus super hiis a quoq̄/quauis etiam apostolica auctoritate scienter uel ignoranter/harum non in serto tenore contigerit attēptari.

PORRO dictorum fratrum seruorum quieti & cōmodita tibus prouidere uolentes/q; per litteras apostolice sedis uel quorūcunq; etiam de latere legatorum/aut subdelegatorum eiusdem imposterum impetrandas ad litteras ipsarum execu tionem/aut illarum uigore citationes/cōmissiones/uel censu rarum ecclesiasticarum promulgationes faciendum/nec cau sas aliquas audiendum a quoq̄ inuiti compelli possint/nisi de presenti indulcto & ordine fratrum seruorum huiusmodi spe cialis mentio in predictis litteris habeatur/eisdem fratribus seruorum/motu/scientia/& auctoritate prefatis indulgemus.

RVRSVS ut ex litteris martini predecessoris antedicti/q priori generali & fratribus seruorū predictis/quod in quibus

cunctis ciuitatibus/terris & locis in quibus domos cum earum ecclesiis/& officinis/possessiones tamen sufficientes pro uictu fratrum in illis cōmorantium non habētes/ad instar fratrum ordinum mendicantium/mendicare/ac helemosynas & suffragia petere possint concedit:ipsi fratres seruorum uberiorem fructum & gratiā ualeant reportare/ac ne rerum pr/manēt inopiā illorum uictui/& necessitatibus subuenire uolētes eisdē motu/sciētia/& auctoritate decernimus.Quod fratres huiusmodi/in omnibus ciuitatibus/terris & locis predictis/absq ulla quota uel portione aut onere/seu solutiōe quouis nomine nuncupatis/de iure uel cōsuetudine ciuitatū/terrarū & locorū eorūdem requisitis/danda uel porrigenda mendicare/ac helemosynas & suffragia / pro ipsorum uictu & necessitate petere & recipere/libere/& licite ualeant.Inhibentes oīb⁹ & singulis tā ecclesiasticis quā laycis psonis quacūq dignitate fungētibus/ne sub excōicationis late sētie pena eo ipso quo cōtrafecerint incurēda fr̄es seruoꝝ pdictos ad dādū uel soluēdū aliquid rōne mēdicātis/& helemosynarū pdictaꝝ cogere/aut ab eisdē frātribus petere/nec illos ꝓpterea impedire quoquomō psumāt. CETERVM attēta meditatione pensantes quātū utilitatis ad exaltationē xp̄iane fidei/& euāgelice ueritatis/dicti fr̄es seruorū hactenus attulerint/& adiuuante dn̄o afferre ualeant in futurū/ac ꝓpterea uolentes/ut tenemur/illos consimilibus/pdicatorū/minorū/heremitarum/ sancti Augustini/ac beate marie de monte carmello /quattuor ordinū mendicantiū ꝓfessoribus cōcessis in simili p̄rogatiuis. Quod de cetero fr̄es seruorū pdicti locū habeāt sermonē faciēdi in capella nostra/epiphanie/& quinte dn̄ice quadragesime de passione nūcupate singulorū annorū diebus/locū ipsum eisdem fratribus seruorū diebus pdictis ad hmōi sermonē faciendū / prout alii dictorū mendicantiū ordinū fr̄es suis loco & tp̄e habēt & faciunt penitus assignātes/paribus/motu/scientia/& auctē statuimus atq decernimus. CONSIDERANTES etiam/q pro ecclesiarū/altariū/& locorū omnium dicti ordinis seruorū/cōsecratiōib⁹/& ecclesiasticis sacramētis ab ordinariis/siue dio-

cesanis episcopis/habendis fratres ipsi nullatenus sint grauā/di/motu/sciētia/& aucte predictis uolumus/statuimus atq; decernimus/quod nullus ab eisdē fratribus/sub cuiusuis consuetudinis ꝑtextu/uel aliquo quouismodo/pro consecrationibus/oleo sancto & aliis ecclesiasticis sacramētis hmōi aliqd petere uel extorquere ꝑsumat. Quinimo epi consecratiōes & oīa sacramēta ꝑdicta/libere & gratiose absq; ullius rei pceptione uel solutione eisdē fratribus quotiens oportunū fuerit impēdere teneantur/salua tamē refectiōe cōsueta/in prādio uel in cena in cōsecrationibus ecclesiarū uel altariū. Quod si facere recusauerint/aut sedes diocesanorū uacauerint/liceat fratribꝰ predictis cōsecrationē & oīa sacramēta predicta/a propinquori/seu quocūq; alio maluerint catholico antistite/ gratiā & cōmunionē apostolice sedis habente absq; ulla contradictiōe ꝑpetere atq; recipere. DEMVM si precepta ieiuniorum/& abstinentiarum/quibus dicti ordinis fratrum seruorū professores iuxta illorum regulam sunt astricti ob diuersitatem/multitudinem/ac cōplexionē fratrum eorūdem relaxari/& mitigari debere/tēporū & locorū cōdictionē exposcēt/siue discretio predicti & pro tpe existenti/generalis prioris fratrum seruorum hmōi id fieri debere cognouerit/priori generali ꝑ tpe existentiq; personarū locorū & tēporū qualitate pensata/cum utriusq; sexus dicti ordinis professoribus iuxta sue arbitrium conscientie/sup ieiuniis/abstinētiis predictis. Ac etiam preterq̄ tēpore quadragesimali esu carnium / necnon preter xpi fideliū largitionē,super ipsis ꝓfessoribus relictis,seu donatis/uel hereditario aut alio quocunq; iure ad eos ꝑtinētibus pro illorū usu/quibuscunq; bonis per eosdem quibus relicta seu donata fuerint siue pertinuerint/percipiēdis/& usufructuandis dispēsare ualeat predicta aucte/concedimus & indulgemus. DEMVM ne domus & loca professorum beate marie seruorum huiusmodi/superfluis & indebitis eorundem fratrum professorum oneretur impensis/oportunum remedium adhibentes/motu/scientia/& aucte prefatis/statuimus q; omnes & singuli

pfessores hmõi beneficia ecclesiastica/cum cura uel sine cura aut super illorũ fructibus/redditibus & prouentibus/pensiones/annuas/uel capellas seruitiales etiã parui ualoris existentia/nũc & pro tpe obtinentes/locum uictum/& uestitum in domibus uel locis ac in illis/& ordine pfatis/offm̃ & administrationem/seu prelaturã aliquã/necnõ/uocẽ actiuam & passiuã/in dicto ordine fratrũ seruorũ/quomodolibet habere nõ possint/nec debeant/nisi quotiens & quando generali predicti ordinis pro tempore existenti uidebitur & eius arbitrio placebit/siue id ex speciali apostolice sedis licentia eisdem professoribus fuerit indultum. POSTREMO Cum predicti sicut predicatorum/minorum/heremitarum sancti Augustini/& beate marie de monte carmeli/ordinum professores huiusmodi pro fidei catholice dilatione/continue in defesse laborent/fructusque afferant/ in dei ecclesia salutares & propterea fuerint uariis per sedem predictam priuilegiis decorati/ut quos par labor/pariaq; merita coniungunt/paria coniungant priuilegia & fauores/eisdem fratrum seruorum professoribus/ut concessis dictis fratribus/predicatoribus/minoribus/heremitarum sancti Augustini/& beate marie de monte carmeli/priuilegiis indulgentiis/gratiis & fauoribus/& indultis tam spiritualibus / quam temporalibus/a predictis & aliis Romanis pontificibus predecessoribus nostris/aut aliis auctoritate habentibus/que omnia/ac si nominatim exprimerentur / hic haberi uolumus pro expressis/& nostre approbationis munimine solidamus/ac decernimus / robur perpetue firmitatis obtinere/potiri/& gaudere possint ac debeant perpetuis futuris temporibus/in omnibus & per omnia prorsus & sine ulla differentia/perinde / ac si que eisdem / predicatorum/minorum / heremitarum sancti Augustini/& beate marie de monte carmeli ordinibus predictis sunt concessa/prefato ordini fratrum seruorum nominatim concessa fuissent/aut cocedent/in futurũ/& que p magistro pdicatorum:& ministro generali minorũ/ac puincialibus prioribus predicatorum & mi

nistris minorum fratrũ/ac heremitarũ sancti augustini/& beate marie de monte carmeli priori/& uicario generali ordinum predicatorum/necnon monasteriis monialium/sub eorundē predicatorum/minorum/heremitarũ sancti augustini/& beate marie de monte carmeli ordinum cura.& fm ipsorum quatuor ordinum instituta uiuentium sunt statuta/pro generali & prouincialibus/prioribus/& uicariis dicti ordinis seruorum/& monasteriorum monialiũ dicti ordinis sub eorum cura/& fm ipsius ordinis seruorum instituta uiuentiũ/uice uersa quo ad premissa omnia & singula statuta sint & esse censeantur. DISTRICTIVS Inhibentes eisdē locorum ordinariis sub interdicti ingressus ecclesie & suspensionis a regimine/& administratione suarum ecclesiarum/ac parrochialiũ ecclesiarum rectoribus/& aliis quibuscũq sub excõmunicationis & priuationis earundē parrochialium ecclesiarũ/ac omniũ aliorum beneficiorum ecclesiasticorum que obtinent/necnõ inhabilitatis ad illa & alia imposterũ obtinenda/penis/per eos qui contrafecerint incurrendis. Ne ordinis predicti fratrum seruorum/domus/ecclesias/loca/& professores preter aut contra predictarũ/alexandri/benedicti/clemētis/urbani/bonifacii/ioannis/ac martini predictorum & aliorum quorumcũq predecessorum nostrorum & presentium nostrarũ litterarũ tenorē/inquietare/seu molestare/& eos/aut testatorũ ultimarũq uoluntatũ executores & heredes/seu quoscũq alios directe uel idirecte ad solutionē alicui⁹ partie prochial' seu canonice uel alterius portiõis/nisi prout supra expressum est/seu oneris/& ad faciendum celebrari/aliquod officiũ in eorum ecclesiis/uel alibi dum apud ipsos fratres decedentiũ cadauera tumulant/ante uel post eorum sepulturã cogere. Nec confessis dictis fratribus seruorum pro tēpore eucharistie/seu extreme unctionis sacramēta sine rõnabili causa denegare/uel illorum exhibitionē malitiose differre/aut eorum parrochianis/ne dictis fratribus confiteantur prohibere uel persuadere nec etiã ad premissa/seu aliquod premissorum/auxiliũ/consiliũ uel fauorē dare/directe uel indirecte/quõquomodo presumãt. ET NIHILO MINVS cuilibet in dignitate ecclesiastica cõstituto/& metro

politane uel alterius cathedralis ecclesie/cāonico/qui a p̄dicti ordinis fratrū seruoꝝ prioribus & fratribus/ac illoꝝ/seu ad cō modū eoꝝ romane eccl'ie sindicis desup deputat[reqsitus fue rit/per ap'lica scripta insolidū mādamus/quatenus ipsi per se ul' aliū/seu alios premissa/ubi & quādo opus fuerit solēniter pu/blicantes/ac eidē fratrū seruoꝝ ordini illorūq; domibus/eccle siis/locis & ꝓfessorib⁹in p̄missis efficacis defensiōis p̄sidio assi/stētes/faciant eos pacifica possessiōe/uel quasi priuilegiorū & concessionū hmōi gaudere non p̄mittentes eos/seu testamen/torum executores & heredes predictos contra illoꝝ tenorē per ordinarios & rectores p̄dictos/aut quoscūq; alios indebite molestari/aut eis grauamina iniurias atq; dāna īferri/seu quo modalibet irrogari/ac etiā sumarie/& de plano sine strepitu & figura iudicii sola facti ueritate inspecta contra quoscūq;/cuius cūq; qualitatis & cōditionis existāt/& quacūq; ecclesiastica/ ēt patriarchali/ archiep̄ali/aut mūdana forent dignitate & exem ptione muniti/in quibuscūq; causis per eos intuēdis quacunq; rōne uel cā que excogitari possit eis ministrent iustitie cōple/mentū/exequētes/q; per eos fuerit ordinatū/& illos quos cen/suras & penas predictas incurrisse cōstiterit:illis irretitos esse declarent/ac faciant & mandent interdictos/suspensos & excō municatos publice nūciari/& ab oībus artius euitari/ac legit/timis sup his habendis seruatis processibus illos quotiēs op⁹ fuerit iteratis uicibus aggrauare ꝓcurent.Cōtradictores au/ctoritate nostra appellatione postposita cōpescendo.Inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis. Non obstante pie memorie bonifacii pape.viii.etiā predecessoris nostri/qui/bus cauet/ne qs extra ciuitatē suam & diocesim/nisi ī certis & exceptis casibus/& in illis ultradictā a fine sue dioce.ad iudi/ciū euocet/seu ne iudices a sede ap'lica deputati extra ciuitatē & diocesim in qbus deputati fuerint/cōtra quoscūq; ꝓcedere: aut alii uel aliis uices suas cōmittere p̄sumāt/& de duabus di/ctis in cōcilio generali/necnō q̄ incipiūt sup cathedrā bonifacii viii.p̄fati. Et dudū Vieneñ.cōcilii/ac reco'ēde memorie calixti pape.iii.etiā p̄decessoris nr̄i lr̄is/aliisq; ap'licis/ac ēt ī ꝓuincia/

libus/& finodalibus conciliis editis generalibus ul' specialib⁹/ necnon bone memorie ottonis/& ottoboni olim in regno an glie apl'ice sedis legatoꝝ/constitutionibus & ordinationib⁹ ec clesiarū quoq; ac locoꝝ quorūlibet statutis & cōsuetudinibus & inter quoscūq; dicti ordinis fratrū seruoꝝ ꝓfessores ac lo/ coꝝ ordinarios/seu rectores ꝑdictos initis & cōclusis/ac hacte nus obseruatis pactis & cōuentionibus etiā iuramēto.cōfirma tione apl'ica/uel quauis firmitate alia roboratis: nec nō oībus illis/que alexāder/bñdictus/clemens/urbanus/ bonifacius/ioā/ nes & martinus prefati in dictis eoꝝ litteris uoluerūt nō ob/ stare/cōtrariis quibuscūq;/quibus oībus illa/ac si de uerbo ad uerbū insererent/& derogatoriarū q̄scūq; derogatorias clau/ sulas in se continerēt pñtibus pro expressis/habētes illis alias in suo robore ꝑmansuris quo ad premissa specialiter & expres se derogamus. Aut si patriarchis/archiepis/epis/& rectoribus ac laicis ꝑfatis/seu quibusuis aliis cōmuniter/uel diuisim a se/ de aplica indultum existat/q; interdici/suspendi/uel excōmuni/ cari/aut extra uel ultra certa loca/ad iudiciū euocari non pos/ sint/per litteras apl'icas nō facientes plenā & expressam/ac de uerbo ad uerbū de indulto huiusmodi mentionē & qualibet dicte sedis indulgentia generali uel speciali cuiuscūq; tenoris existat/per quā ꝑsentibus nō expressam/uel totaliter nō inser/ tam effectus earū & cōcesse in eis iurisdictionis executio īpedi ri ualeat quolibet uel differri/& de q̄culusq; toto tenore habē da sit in nostris lr̄is mētio specialis. Nos eni ex nunc illa & q̄/ cūq; alia/que in futurū per nos uel sedē apl'icam quolibet con cedi/statui uel ordinari/cōtra alexādri/bñdicti/clemētis/urbani bonifacii/ioānis & martini ꝑdecessoꝝ ꝑdictoꝝ ac ꝑsentiū lraꝝ hmōi tenorē/nec nō secus sup his a quoq̄ q̄uis aucte sciēter ul' ignorāter attētari cōtigerit paribus/motu/sciētia &, aucte/irri ta & inania/nulliusq; roboris uel momenti esse decernimus.

ET QVIA difficile foret pñtes lr̄as ad singulas prouincias originaliter destinare uolum⁹/& ut preferē decernimus q; trās sumptis earū manu cuiuscūq; notarii publici uel ꝓrectoris qui est/& qui ꝑ tpe erit ꝑdicti ordinis fratrū seruoꝝ uel causarum

camere generalis auditoris/aut alicuius epalis uel archiepa-
lis curie/seu dicti ordinis prioris generalis sigillo munitis ea
prorsus i iudicio & extra/ubicūq exhibita uel ostensa fuerint
fides adhibeat in dubia/que ipsis originalibus litteris adhi-
beretur si ipse actualiter forēt exhibite uel ostense. NVLLI
ERGO omnino hominū liceat hanc paginā nostre inouatio-
nis/approbationis/constitutionis/ordinationis/statuti/ decreti/
declarationis/confirmationis/ampliationis/extensionis/indul-
ti/uoluntatis/addictonis/inhibitionis/& derogationis infrin-
gere:uel ei ausu temerario contraire : Siquis autem hoc at-
temptare presumpserit/indignationem omnipotentis dei/&
beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incur-
surum. Datum Rome apud sanctum Petrum. Anno in-
carnationis dominice. Millesimo quadringentesimo octua-
gesimoseptimo/sexto Kalendas iunii. Pontificatus nostri an-
no tertio. Quibus quidem premissis omnibus & singulis/tā-
q̄ rite & legitime factis & celebratis in iudicio coram nobis
nostram & dicte curie causarum camere apostolice auctorita
tem iudiciariam & ordinariam desuper interposuimus/ &
presentibus interponimus pariter & decretum/ uolentes / &
eadem auctoritate decernentes/q huic nostro presenti trās-
sumpto seu publico transsumpti instrumento/cum dictis ori-
ginalibus litteris apostolicis superius insertis de uerbo ad uer
bum auscultato/collationato/& concordato/de cetero in iu-
dicio/& extra/alias ubiq locorum stetur/illiq detur & adhi-
beatur talis & tanta fides/qualis & quanta dictis origina-
libus litteris apostolicis data fuit/& adhibita dataq & ad-
hibetur/daretur q & adhiberetur/si in mediū producerentur.

IN QVORVM OMNIVM & singulorum fidem ac
testimonium premissorum / presentes litteras / siue presens
publicū trassumpti/seu uidimus nuncupatū instrumentū/ ex-
inde fieri/& per notarium publicum/ scribamq nostrum in-
frascriptū subscribi & publicari mandauimus. Sigilliq proprii

dicte curie causa℞ Camere apostolice quo in talibus utimur iussimus & fecimus appensione cōmuniri. Datū & actū Rome in domo habitationis nostre. Sub a natiuitate dn̄i millesimo q̄dringentesimo octuagesimoseptimo/ Indictione quinta. Die uero ueneris uigesimaquarta mensis Augusti Pōtificatus prefati Santissimi domini nostri/domini Innocētii pape viii. Anno tertio presentibus ibidem discretis uiris magistris Lotheriode tornellis: & Ioanne desiderii. dicte curie Notarius testibus ad premissa/ omnia & singula/uocatis habitis & rogatis.

MARE MAGNVM FRATRVM SERVORVM FELICITER EXPLICIT

Impressum Venetiis
per presbyterum
Felicem de consortibus
Venetum: anno domini. M.
.CCCCCIII. Nono
klēdas nouēbris
Cum gr̄a &
p̄uilegio
per
DECEM ANNOS



Regula beati Augustini epī & confessoris. Caplm primū

A Nte omnia fratres charissimi diligat deꝰ. deīde proximus. quia ista precepta sunt prīcipaliter nobis data. Hec igitur sunt que ut obseruetis precipimus ī monasterio constituti. Primum propter ꝙ in unum estis cōgregati/ut unanimes habitetis ī domo. Et sit uobis cor unum & anima una in deo.

Quod nullus debet habere proprium. Capitulū. II.

T non dicatis aliquid propriū/sed sint uobis omnia cōmunia:& distribuatur unicuiq; uestrum a preposito uestro, uictus & tegumentum, non equaliter omnibus. qa nō equaliter ualetis oēs: sed potius unicuiq;/sicut cuiq; opꝰ fuerit. Sic enim legitis in actibus apostolorum, quia erāt illis omnia cōmunia/& distribuebatur unicuiq; sicut cuiq; opus erat.

De igrediētibꝰ monasteriū & rebus eoꝝ. Caplm .III.

Vi autē aliquid habebant in seculo, quando igressi sunt monasterium/libenter uelint illud esse cōmune/ Qui autem non habebant/non ea querāt in mōasterio que nec foris habere potuerunt. Sed tamen eorum infirmitati quod opus ē tribuat. ēt si paupertas eorum quādo foris erāt/ nec ipsa necessaria poterant inuenire. Tamen non ideo se putent esse felices/quia inuenerunt uictum & tegumentū quale foris inuenire non potuerunt. Nec erigant ceruices quia sociantur eis ad quos foris accedere non audebant: sed sursū cor habeant/& terrena uana non querant ne incipiant monasteria diuitibus esse utilia/nō pauperibus cū diuites illic hūiliantur/& paupes illic inflant.

Q̄d diuites alios p̄ suis diuitiis uel nobilitate non cōtēnāt. Cap. IIII.

Vrsus ēt illi q̄ aliq̄d uidebant ēē in seculo/nō habeāt fastidio fratres suos q̄ ad istam sanctā

societatem ex paupertate uenerũt. Magis autem studeant nõ de parentũ diuitũ dignitate. sed de pauperũ fratrum societate gloriari. Nec extolant si cõmuni uite aliqd de suis facultatibus cõtulerũt. Nec de suis diuitiis magis supbiant quia eas in monasterio parciunt q̃ si eis in seculo fruerentur. Alia quippe quecũq iniquitas in malis operibus exercet ut fiãt: superbia uero etiã bonis operibus insidiatur ut pereant. Et quid prodest dispergendo dare pauperibus & paupere fieri. cũ anima misera supbior efficitur diuitias cõtẽnendo q̃ fuerat possidendo? Omnes ergo unanimiter: & cõcorditer uiuite: & honorate in uobis deũ in uicem cuius templa facti estis.

De instantia orationis: Capitulum. V.

o Rationibus instate horis & temporibus cõstitutis. In oratorio nemo aliquid agat nisi ad qđ factũ est: unũ & nomẽ accepit: ut si forte aliqui etiã preter horas cõstitutas: si eis uacat & orare uoluerint. non eis sint ĩpedimẽto qui ibi aliquid agendum putauerint. Psalmis & hymnis: cũ oratis deum: hoc uersetur in corde qđ pfertur in ore. Et nolite cantare nisi q legitis esse cantandum. Quod autẽ non ita scriptum est ut cantet nõ cantetur.

De sanorum discreta refectione. Capitulum. VI.

c Arnem uestrã domate ieiuniis & abstinẽtia esse & potius quantũ ualitudo permittit. Quãdo autẽ aliquis nõ põt ieiunare: nõ tamẽ extra horã prandii aliquid alimentorum sumat nisi cum egrotat.

De religione mense. Capitulum. VII.

c Vm accediris ad mensam donec inde surgatis: qđ uobis secũdũ cõsuetudinem legitur: sine tumultu & cõtemptionibus audite: ne sole uobis fauces sumant cibum: sed & aures esuriant uerbum dei.

Quod nõ debẽt alii turbari si infirmi misericorditer tractentur. Cap. VIII.

q Vi infirmi sunt ex pristina cõsuetudine si aliter tractantur in uictu: non debet aliis molestũ esse nec in iustũ uideri eis: quos aliqua fecit consuetudo fortiores. Nec illos feliciores putẽt: qa sumũt q non

sumūt ipi: sed sibi potius gratulētur: qa ualēt qđ nō ualēt illi.

De discretione habenda circa delicatiores. Cap. IX.

e T si eis q uenerūt ex moribus delicatioribus ad mōasteriū/aliqd alimētoꝝ/uestimētorū opimētoꝝ ue daẗ/ qđ aliis fortioribus/& iō felicioribus nō daẗ/cogitare debēt qbꝰ nō daẗ/quātū de sua seculari uita/illi ad istā descē/derint/quāuis usq ad alioꝝ q sunt corpore firmiores/frugali/taté puenire nō poterūt. Nec debent uelle omnes qđ paucos uidēt amplius/nō qa honoranẗ: sed qa tolleranẗ accipere/ne cōtingat de testanda puersitas/ut in monasterio ubi quātum possunt/fiunt diuites laboriosi/fiant parperes delicati.

De refectione conualescentium. Capitulum. X.

s Ane queādmodū egrotātes/necesse habēt minus accipere ne grauenẗ.ita & post egritudinē sic tractādi sunt ut citius recreenẗ/etiā si de humilima seculi paupertate uenerint/tāq̄ hoc illis cōtulerit recētior egritudo qđ diuitibus anterior consuetudo. Sed cū uires pristinas reparauerint/redeāt ad feliciorē cōsuetudinem suā/que famulos dei tanto amplius decet/quāto minus īdigent/ne cibi eos teneat uoluptas iam uegetatos/quos necessitas leuarat in firmos.

De qualitate uestimentorum. Capitulum. XI.

q Llos sane extimēt ditiores q in substinēda pauptate fuerit fortiores: Meliꝰ ē.n. Minꝰ egere ꝙ plus hr̄e. Nō sit nōbilꝰ hitꝰ ur̄/nec affiectet[uestibꝰ placeẗ/sꝫ mōibꝰ.

Qualiter se habeant extra domū. Capitulum. XII.

q Vādo ꝓceditis simlꝰ ābulate/cū ueneritꝭ/quo itis simlꝰ state. In icessu/statu/hitu/& i oībꝰ motibꝰ urīs: nihil fiat/qđ cuiꝰq̄ offēdat aspectū/sꝫ qđ urām deceat sanctitatē. Oculi urī & si iacianẗ i aliq̄ feminaꝝ/i nullā figanẗ. Neq enī qñ ꝓceditis/femīas uidere ꝓhibemini/sed appetere: ulꝰ ab ipis appeti uelle/criminosū est. Nec solo tacito affectu/sed affectuꝰ quoq & aspectu/appetiẗ & appetit cōcupiscētia femiarū. Nec dicatis uos hr̄e aīos pudicos si hēatꝭ oculos ipudicos/qa i pudicus oculus/i pudici cordis ē nūtiꝰ. Et cū se iuicē sibimet ēt tacēte/ligua/cōspectu mutuo/corda nūtiāt ipudica

ẽt secũdũ cõcupiscentiã carnis alterutro delectant ardore/ẽt I tactis ab imunda uiolatione corporibus/fugit castitas ipsa de moribus. Nec putare debet q in feminã figit oculum/& illius in se ipse diligit fixum ab alus nõ se uideri cum hoc facit: uidetur omnino & a quib⁹ se uideri non arbitrat. Sed & si lateat/ & a nemine hominum uideatur/quid faciet de illo de super inspectore quem latere nihil potest? An ideo putandus est non uidere quia tanto uidet pacientius quanto sapientius? Illi ergo uir sanctus timeat displicere/ne uelit femine male placere. Illum cogitet omnia uidere ne uelit femine male uideri. Illi⁹ nãq & in hac cã cõmendatus est timor. ubi scriptũ est Abhominatio est domino defigens oculũ. Quando ergo simul estis in ecclesia/aut ubicũq femine sunt. inuicem uestram pudiciciã custodite. Deus enĩ qui habitat in uobis ẽt isto mõ custodiet uos ex uobis.

Quod fratres nõ debẽt celare peccatũ alterius. Cap. XIII.

e T si hãc de qua loquor oculi petulãtiã i aliquo uestrũ aduerteritis/statim admonete ne mala cepta pgrediant. sed de pxio corrigantur. Si aũt post admonitionẽ/iterũ uel alio quoq die/id ipum eũ facere uideritis/iã uelut uulneratum sanandum prodat/quicũq hoc potuerit inuenire. Prius tamẽ est alteri uel tertio demonstrãdum/ut duorum uel trium testium possit ore conuinci/& cõpetenti se ueritate coherceri. Nec uos iudicetis eẽ maliuolos quãdo hoc indicatis/ magis quippe innocentes non estis si fratres uestros quos indicando corrigere potestis/tacendo pire permittitis. Si enim frat tuus uulnu⁹ haberet i corpore/quod uelit occultari dum timet secari/non ne crudeliter a te sileretur & misericorditer indicaretur? Quãto ergo potius debes manifestare ne deterius putrescat in corde. Sed anteq̃ aliis demonstret per quos conuincendus est. si negauerit prius preposito debet ostendi/ si admonitus neglexerit corrigi/ne forte possit secretius correctus nõ innotescere ceteris. Si autẽ negauerit/tunc neganti adhibendi sunt alii etiam coram omnibus/ut possit nõ ab uno teste argui/sed a duobus uel tribus conuinci.

De punitiõe f͠ris inhoneſti uel offendentis. Cap. XIIII.

c Onuictus uero ſecundum arbitrium prepoſiti uel etiã pſbyteri/ad cuius diſpenſatiõem pertinet arbitrium/ debet emendatoriam ſubire uindictã. Quã ſi ferre recuſauerit/etiam ſi ipſe nõ abſceſſerit/de ueſtra ſocietate piiciatur. Non enim & hoc fit crudeliter/ſed miſericorditer/ne cõtagione peſtifera plurimos perdat.

De dilectione hominum & odio uitiorum. Cap. XV.

e T hoc quod dixi de oculo nõ figẽdo/ẽt in ceteris iueniendis/ indicandis/ phibendis/cõuincendis/iudicandiſq; peccatis diligenter & fideliter obſeruetur/cum dilectione hominum & odio uitiorum.

De punitõe fratris q recipit aliquid occulte. Cap. XVI.

q Vicunq; autem in tantum progreſſus fuerit malũ/ut occulte ab aliquo litteras/uel quodlibet munus accipiat/ſi hoc ultro cõfitetur/parcatur illi & oretur p eo. Si autem deprehenditur atq; conuincitur/ſecundũ arbitriũm prepoſiti/uel preſbiteri grauius emendetur.

Q d ueſtes & alimẽta i cõi ſtẽt & de cõi dent. Cap. XVII.

u Eſtes ueſtras ĩ unũ habeatis/ſub uno cuſtode uel duobus/uel quod ſufficere poſſint/ad eas excutiendas ne a tinea ledantur. Et ſicut paſcimini ex uno cellario/ſic induamini ex uno ueſtiario. Si fieri poteſt ad uos nõ pertinet/ quod uobis indumentũ pro tẽporũ cõgruentia proferatur. utrũ hoc recipiat unuſqſq; quod depoſuerat/an aliud qđ alĩ habuerat. dum tamẽ unicuiq; prout cuiq; opus eſt non negetur. Si autem hinc inter uos contẽtiones & murmura oriuntur/dũ cõqueritur aliquis ſe deterius accepiſſe q̃ prius habuerat/& indignum ſe eſſe q͂ non ita ueſtiatur/ſicut alius frater eius ueſtiebatur. hinc uos probate quantũ uobis deſit ĩ illo interiore ſancto habitu cordis/qui pro habitu corporis litigatis. Sed tamẽ ſi ueſtra tollerat ĩfirmitas/ut hoc recipiatis quod depoſueratis in unum tamen locum ſub cõibus cuſtodibꝰ habete q͂ ponitis. ita ſane ut nullus ſibi aliquid operetur ſed oĩa opera ueſtra in unũ fiant maiori ſtudio atq; frequentiori a lacritate/q̃ ſi uo

bis singuli propria feceritis. Charitas enim de qua scriptum est/ꝙ non querit que sua sunt/sic intelligit. quia cõia propriis non ꝑpria cõibus ante ponit. Et ideo quãto magis rem cõem quã ꝑpria uestra curaueritis/tanto uos amplius proficere noueritis/ut in oibus quibus utitur transitoria necessitas/supemineat que permanet charitas.

De omni donatione facta alicui specialiter ad cõmunitatem esse ducendam. Capitulum. XVIII.

c Onsequens ergo est ut ẽt cum quis suis filiis aut aliqua necessitudine ad se pertinentibus in monasterio cõstitutis/aliquam contulerit uestẽ/siue quodlibet aliud inter necessaria deputandũ/nõ occulte accipiatur sed sit i potestate prepositi/ut in rem cõem redactũ cui necesse fuerit prebeatur. Quod si aliqs rem sibi collatam cellauerit furti iudicio condamnetur.

Quod uestes de prepositi arbitrio lauent. Cap. XIX.

i Ndumenta uestra secundum arbitrium prepositi lauentur/siue a uobis/siue a fullonibus/ne iteriores anime sordes contrahat munde uestis nimius appetitus.

Qđ i necessitate nõ debet negari lauacrũ corpis. Cap. XX.

l Auacrum etiã corpori cum infirmitatis necessitas cogit/minime denegetur. Fiat sine murmure de consilio medicine/ita ut ẽt si nolit/iubente preposito faciat qđ faciendũ est pro salute. Si autẽ uelit & forte non expedit/ sue cupiditati non obediatur. Aliquãdo enim/etiam si noceat/prodesse creditur quod delectat. Denique/si latens est dolor in corpore famulo dei/dicẽti qđ sibi doleat/sine dubitatiõe credatur. Sed tamen utrũ sanãdo illi dolori/qđ delectat expediat/si nõ ẽ certũ medic⁹ cõsulat.

Quod nullus extra claustrũ sine socio uadat. Cap. XXI.

n Ec eant ad balnea siue quocũq; ire necesse fuerit/minus q̃ duo uł tres. Et ille q habet aliquo eũdi necessitatem cum quibus prepositus iusserit ire debet.

Q đ unus esse debet ifirmoꝝ ꝑcurator. Cap. XXII.

e Grotantium cura siue post egritudinem reficiendorũ

sine aliqua ĩbecilitate/ēt sine frebribus laborantium/ uni alicui debet iniungi/ut ipse de cellario petat quod cuiqȝ op⁹ esse prospexerit.

Quod officiales sine murmure dent que poscuntur dum licita petantur. Capitulum. XXIII.

Siue autem qui cellario/siue qui uestibus/siue qui codicibus preponunt. sine murmure seruiant frībus suis.

De libris. Capitulum. XXIIII.

Odices certa hora singulis diebus petant/extra horam qui petierit non accipiat.

De uestimentis & calciamentis. Capitulum. XXV.

Estimenta uero & calciamenta/quando fuerint indigē tibus necessaria. dare non differant/sub quorum custodia sunt que poscuntur.

Quod lis cito finiatur si interuenerit. Capitulū. XXVI.

Ites aut nullas habeatis aut quamcellerrime finiatis ne ira crescat in odium/& trabem faciat de festucha & animā faciat homicidā. Sic eni legitis. Qui odit fratrem suum homicida est. Quicunqȝ cõuicio uel maledicto/uel ēt criminis obiectu aliquē leserit. meminerit satisfactione q̄citius curare quod fecit & ille qui lesus est/sine disceptatiõe dimittere. Si autem inuicem se leserint/inuicem sibi debita relaxare debebunt/ꝑpter orationes uestras/quas utiqȝ quāto crebriores habetis/tanto sanctiores habere debetis. Melior ē aūt qui q̄uis ira sepe tēptetur/tamen ipetrare festinat ut sibi dimittat cui se fecisse agnoscit iniuriā. q̄ qui tardius irascit̄ & ad ueniam petendam tardius inclinatur. Qui autē nunq̄ uult petere ueniam/aut nõ ex aīo petit. sine causa est in mõasterio/ēt si inde non proiciatur. Proinde uobis a uerbis durioribus parcite. Que si emissa fuerit ex ore uestro/non pigeat ex ipso ore proferre medicamenta/unde facta sunt uulnera.

De auctoritate officialium. Capitulū. XXVII.

Quando autem necessitas discipline in moribus cohercendis dicere uos dura uerba compellit/si etiam ipsi modū uos excessisse sentitis/nõ a uobis exigit̄ ut a uo

bis subditis ueniam postuletis/ne apud eos quos oportet eē subiectos dum nimium seruat̄ humilitas/regendi frangat̄ au ctoritas. Sed tñ petēda est uenia ab oīum dño/qui nouit etiā eos quos plus iusto/forte coripitis/quāta beniuolentia dili gatis. Non autem carnalis/sed spiritualis inter uos/debet es se dilectio.

De reuerentia prelati. Capitulum. XXVIII.

p Reposito tanquā patri obediat̄ multo magis presby tero qui oīum uestrum curā gerit. Vt ergo cūcta ista seruent̄ & si quid seruatum minus fuerit/nō neglīgē ter pretereatur/sed ut emendandū/corigendūq; curet̄/ad pre positū precipue pertinebit/ut ad presbyterum/cuius est apud uos maior auctoritas. referat q; modū uel uires eius excedit.

Quod prelatus nō debet prelationis cogitare honorem/sed honus. Capitulum. XXIX.

i Pse uero qui uobis preest/non se existimet/potesta te dominante/sed caritate seruiente felicem. Honō re/coram uobis prelatus sit uobis/timore coram deo substratus sit pedibus uestris. Circa omnes/se ipsum bo norum operum prebeat exemplum/corripiat inquietos/con soletur pusillanimes/suscipiat infirmos/patiens sit ad omnes. Disciplinam libens habeat/metuendus imponat. Et quāuis utrūq; sit necessarium/tamē plus a uobis amari appetat/q̄ ti meri/semper cogitans/deo se pro uobis redditurum eē rōem.

Quod subditi debēt habere curā prelati. Capitulū. XXX.

u Nde uos magis obediendo/non solum uestri/sed eti am ipsius misereminí/qui inter uos quanto in loco su periori tanto in periculo maiori uersatur.

Oratio beati patris nostri Augustini. Capitulū. XXXI.

d Onet deus ut obseruetis hec omnia/tanquā spiritua lis pulchritudinis amatores/& bono xpi odore/de bo na uestra conuersatiōe fragrantes/nō sicut serui sub lege/sed sicut liberi/sub gratia constituti.

De regula semel in septimana legenda/quare/& que utili tas. Capitulum. XXXII.

Regula beati Augustini.

Ut autem uos in libello hoc tanquam in speculo pos
sitis inspicere/ne per obliuionē aliquid negligatis/se
mel/in septimana uobis legatur. Et ubi uos inueneri
tis ea que scripta sūt faciētes/agite gratias dño/bonoꝝ oīuꝫ
largitori. Vbi autē sibi quicūq̧ uestrū uiderit aliqd deesse/
doleat de preterito/caueat de futuro/orans ut sibi debitū di
mittatur/& in temptationem non inducatur. AMEN.

Explicit regula beati.
Augustini episco
pi & confes
soris.

Casus isti sunt excōmunicationem in se cōtinentes.

Qui sine/licentia uadit ad monasterium feminarum/
uel reclusas/ita ꝙ loquatᷣ eis/uel seruitricibus earū
contra cōstitutionum nostri/ordinis formā/excom-
municationē īcurrit. Qui cōtra cōstitutionē de ga
bella ordinis/scienter & malitiose facit/excōmunicationem
īcurrit. Qui sua uel alterius procuratione electus ad ali-
quod beneficium extra ordinem/ipsam electionem acceptat/
sine licētia prioris generalis/uel capituli generalis. Qui apo
statat siue retineat habitum/siue non nisi infra tres dies/pre-
lato suo/ueniā hūiliter petens ad ordinē reuertatur.excōica-
tionē icurrit. Qui lr̄as/uel sigilla prioris generalis/uel puin-
cialis/seu cōuentualis/siue uicarii alicuius eorum/uel ordinis/
falsificare presumpserit/excommunicationem incurrit. Qui
possessiones/uel socidas/sine licētia prioris generalis/tenere
presumpserit/excommunicationem incurrit. Qui sub aliquo
doctore studere presumpserit in iure canonico/uel ciuili/sine
licentia capituli generalis/excommunicationem incurrit Qui
scienter & malitiose libros/uel scripturas/experimenta uana
cōtinentes/uel in quibus sit expressa iuocatio demonū/uel de

Casus excommunicationis.

arte alchimie tenuerit/aut eis usus fuerit/excõicationem incurrit. Qui sup aliquo fratrũ testimoniũ tullerit/uel aliũ ad falsũ testimonim perhibendũ induxerit/si predicta super culpa grauiori fuerint excõicationẽ icurrit. Qui eius errorẽ/de se aut de alio/factum uel fiendũ de grauiori culpa existentem/personis extra ordinem constitutis/aiõ ĩpediendi manifestare p̃sumpserit excõmunicationem incurrit. Qui nullũ officium ciuitatis alicuius uel castri acceptare/ seu exercere presumpserit. sine licentia prioris generalis excõicationem incurrit.

Casus spectantes adcapitulum generale

n Vllus frater de diuino officio audeat aliqd uariar/ad dẽdo uel minuendo/nisi secundum q̄ in nostris cõstitutionib⁹ continetur. sine licentia capituli generalis Nullus alterius professionis recipiatur ad ordinem. sine licẽtia capituli generalis. Nulla dominatio detur eis/qui offendunt contra constititiõem de grauiori culpa/nisi primo fuerit dispẽsatũ cũ eis/p capitulum generale. Diffinitores capituli generalis cum electi fuerint aliis fratribus loqui nõ debeant contra formam cõstitutionum nostrãrũ/nisi cum eis fuerit dispensatum per capitulum generale. Nullus frater nostri ordinis sub aliquo doctore studere presumat/in iure canonico/ uel ciuili/sine licentia capituli generalis. Studentes qui ad studium mittuntur parisius/ante terminum non mutentur nisi essent defectuosi in uita/sed determino interminum renouẽtur/& hoc per capitulum generale Nullus qui alium induxerit ad aliquẽ eligendum/uel seduxerit ab aliquo qui meritus fuerit/eligendo ad gratias ordinis/quibus in tali casu priuatur/restitui possit per capitulum generale.

Casus spectãtes ad priorem generalem tantummodo.

n Vllus recipiatur ad ordinẽ ĩfra numerũ. xv. annorũ uel/excedens numerũ. lx. annorũ sine licentia prioris

generalis. Nullus inlegitime natus recipiatur ad ordinem/ nisi de uoce fratrū conuentus terre unde est oriundus. Nisi in terris ubi tenet̄ studiū generale/sine licentia prioris genera/lis. Prior generalis possit recipere quēlibet/cū discretis loci in quo fuerit/in tribus capitulis reqsitis. Prior generalis habet potestatē plenā dispensandi in qualibet constitutiōe/cū cōsilio & deliberatione pluriū discretoꝝ. Et habet plenā po/testatē in spiritualibus & tēporalibus. Prior generalis potest cōtrahere debitū.c.floreñ.aureorū/de consilio fotioꝝ suorū. Nullus teneat/aliquē extrinsecū ad docēdū/sine licētia prioris generalis. Nullus qui ꝓpter defectū de grauiori culpa/ī carceref/extrahaf ex īde/sine licētia generalis prioris. Nulli apostate/completa penitentia aliquod officinm cōmittatur. Et si sacerdos fuerit/cōfessiones non audiat.fine licentia prioris generalis. Nullns dispēsare potest/quin apostate/ad or/dinem reuertentes penitētiā faciant in constitutionibus ano/tatā/preter priorem generalem. Nullus uadat ante terminū ad capitulū generale/sine licētia prioris generalis. Qui animo iniuriandi/aliquē percusserit/unde liuor aut sanguis ap/paruerit.uel aliquid fecerit unde scandalum magnum intus uel extra nascatur.pro absolutione mittaf ad priorem gene/relem. In hoc dispensatum fuit ꝙ prouincialis possit talē se/cundum culpam punire/& cum tali uel talibus dispensare. Nullus uniat uel faciat uniri aliquā cōgregationē religioso/rum,uel ecclesie,ordini nostro uel alicui loco nostri ordinis/sine licentia prioris generalis. Qui ꝓpter gabellā ordinis ex/cōicatus fuerit/ꝑ absolutiōe recurrat ad generalē. Qui obedientiā sibi uel alteri fratri iniunctā per se uel per aliū cū personis extra ordinem ex deliberatione procurauerit.reuocari/sicut nouitius stet/donec per priorem generalē cum ipso fue/rit dispensatum. Nullus cum secularibus in loco fratrū car/nes comedat sine licentia generalis. Nullus prior bona conuentus, immobilia uēdere uel alienare possit/sine licētia prioris generalis. Nullus qui pluries ordinem exierit/recipiatur ad ordinem/sine licentia generalis, Nullus teneat possessio/

nes/uel socedas/sine licentia prioris generalis. Prior generalis possit unũ quẽq; discretum/a maiori parte sui conuentus electum/dicta electione priuare cum uiderit expedire. Prior generalis possit in romana curia/& alibi/constituere unum, p curatorẽ/ul' plures/noĩe ordinis uniuersi/cũ uiderit expepire.

Casus spectãtes ad priorem generalẽ & puincialem.

n Vllus recipiatur ad ordinem/sine licentia generalis uel sui prouincialis. Nullus uadat ad monasterium feminarũ/uel reclusas ita q̃ loquatur eis:uel seruitri cibus earum/nisi in certis casibus/sine licentia generalis/uel sui prouincialis de frattrum conuentus assensu. Nullus ordinem sacrum suscipiat/nisi de licentia generalis uel sui prouincialis. Nullus presbyter audeat confessiones nisi frattrum sacerdotum/sine licentia prioris generalis uel sui prouincialis. Nullus prior conuentualis contrahat debitum ultra.xxv. librarũ usualis monete. Nullus qui tãtummodo semel ordinem exierit/recipiatur sine licentia geueralis/uel sui prouincialis. Prior conuentualis/cum persona aliqua peccatum cõmittens carnale/a generale uel suo prouinciale/tantummodo absoluatur:possit tamen ab alio absolui ad cautelam. Qui peccatum carnis in aliqua persona cõmiserit/& notorium fuerit/ad generalem uel suum prouincialem tãtummodo pro absolutione sua recurrat. Qui in furando quantitatem.x.solidorum/usualis monete excesserit/:& furtũ ocultum.fuerit prior generalis nel prouincialis tantummodo possit dispensare cum eo. Nullus in romana curia/aliquam questionẽ uel querimoniam moueat/nec impetret litteras/uel impetrari faciat/sine licentia generalis uel/sui prouincialis. Nullus liber uendatur/sine licẽtia generalis uel prouincialis. Nullus pro cõuerso nec aliqua pro conuersa recipiatur/sine licentia generalis uel sui prouincialis. Lectores ad legendũ per generale capitulum deputati.ad ipsum accedant/nisi pro causa manifesta de generalis uel ipsorum prouincialis licentia remanerẽt.

Caſus excommunicationis

Prior/uel alius frater/pro diſcreto alicuius conuentus electus/ad capitulum non accedens/niſi de generalis uel ſui prouincialis licentia remaneret/ſequentis anni ueſtimentis priuetur. Nullus pro obedientia ſibi impoſita remouenda/ad dominos ciuitatis ſpirituales uel temporales/ſeu nobiles ſeculares accedens.ſine licentia ſui prouincialis abſoluatur.

Caſus ſpectantes ad priorem generalem prouinciales & conuentuales.

q Vi peccatum carnis cum aliqua commiſerit & occultum fuerit/non abſoluatur/niſi a generali uel prouinciali ſiue conuentuali priore. Qui mittere uel ire p abſolutionē alicuius caſus/qui in ordine abſolui nō poſſit uellet/aut mittat uel uadat.nō abſoluatur niſi de licentia generalis/uel prouincialis/ſeu conuentualis prioris. Qui in loco noſtro/uel extra aliquid ualoris ſoldorum.x.& infra furtiue acceperit.abſolui non poſſit niſi a generale uel prouinciale ſiue conuentuali priore. Qui ſcienter & malitioſe/libros/uel ſcripturas experimenta uana continentes/aut in quibus ſit expreſſa inuocatio demonum/ſeu de arte alchimie tenuerit ab excommunicatione ordinis quam incurrit/non poſſit abſolui niſi a generale/uel prouinciale/ſiue conuentuali priore.

Incipiunt conſtitutiones fratrum ſeruorum beate Marie: & primo.

Tabula Constitutionum.

De reuerentiis beate marie — Capitulum primum

Quolibet die sabati/& quarta feria/celebretur in cōuentu missa de beata maria. Sed diebus sabati cantetur cũ gloria in excelsis deo/& credo in unũ deũ. Et oĩa alia fiãt/que fieri debent in semiduplici festo/ nisi dictis diebus occurrant festa solẽnia/uel alia que preter mitti non possint nec deceat. Et t ꝗc si eodem die due misse cãtari non possunt aliis diebus infra ebdomadam celebreẽ. ita tamen/ꝙ missa diei non obmittatur/sed ab eodem p̃sbytero qui celebrauit missam de beata maria/uel ab alio/ab omnib⁹ fratrib⁹ audiatur. Vigilia de domina nostra/quolibet sero dicatur cũ tribus lectionibus/& duob⁹ responsoriis/& post tertiam lectionem. Salue regina. Sed die ueneris dicatur sicut in dublici festo & accẽdantur duo luminaria. Ebdomadarius ante cuiuslibet hore principiũ/dicto secrete pater noster/statim dicat uersiculum. Aue maria gratia plena dñs tecum/ in uoce qua dicturus est deus in adiutorium meum intende. Et fratres respondeant. B.t.in.mu.& bñ. fruc.uen.t. Lector etiã: ante

q̄ lectionem incipiat/dicat dictam salutationem.s. aue Maria. usq; fructus uentris tui inclusiue/pteterq̄ in lectione comple torii & capitulo de preciosa & in triduo parasceues. Qui/libet sacerdos cum non cantauerit missam de beata maria/ce lebrata missa legat missam de beata Maria:& si missa conuen tualis est/non recedant fratres/sed ab omnibus audiat. In super in hymno memeto salutis/iterponat uersus. Maria ma ter gr̄e. Fiat etiā semp cōmemoratio de btā maria uirgīe/in añt.uersu & oratione in uespis & matu.exceptis festis du/plicibus. De beato aūt Augustino fiat similiter cōmemora/tio/in añt.uersu & oratione/in uesperis & matu.exceptis fe/stis duplicibus & quādo non fiunt suffragia: Sed in missa fiat cōmemoratio de ipso in hac oratiōe a cunctis/quādo dici tur. Salue regina in fine cuiuslibet:hore & post refectionē nul lo tēpore obmittat/preterq̄ i triduo parasceues. Que etiā quo libet feto cum multa deuotione cantetur/post tertiā lectionē uigilie domine nostre/si dicta uigilia cantat. Si autē dicta ui/gilia non cantat/cantetur immediate post cōplectoriū. Et ad ipsam omnes fratres qui sunt in loco/tam priores conuentua les q̄ alii officiales omnibus dimissis negotiis antequā icipia/tur conuenire debeant. Et ut fratres excusationem nō habe/ant/campana pulsetur: Quelibet ecclesia nostri ordinis/& al tare maius fundetur & consecretur in honore dñe nostre/ubi cōmode fieri potest. Quandocūq; hore de dña nostra/secun dum rubricam romane curie in magnis solēnitatibus obmit/tuntur/tunc a fratribus/binis uel ternis/prout eis magis aptū fuerit/cum deuotione dicantur. Quolibet die sabati cantet officium beate Marie hoc modo.s.q; in.vi.feria cantētur ue/speri beate Marie & uesperi diei dicant legendo antequā cā tetur officium supradictum. Simili modo fiat in matutinis/ni si ipsa die sabati occurrat festum duplex.& tūc fiat officium s̄m morem romane curie. Officium aūt domine nostre dicat in choro a fratribus in duplicibus minoribus dicto tamē pri mo officio duplici. De festiuitatibus que ueniūt infra octaua. natiuitatis beate Marie nihil fit/sed post octauā cele/

brentur/excepto festo sancte crucis/fiat officium duplex in festo Sancte anne matris beate uirginis marie/semper & ubiq; similiter & de sancto Augustino/& si occurrat festũ infra octauā sancti Augustini fiat de festo/cum cōmemoratione de octaua sed in die octaue/fiat officium duplex sicut in festo eius/ Preterea de scō Joseph spōso gloriose uirgi: marie cuius festũ celebratur quartodecimo kalēdarum aprilis/fiat similiter officium duplex. Et illud idem de sanctissima trinitate in dominica prima post penthecostes. Nullus aliter q̄ supra dictum est/de diuino officio audeat aliquid uariare/addendo uel minuendo/sine licentia capituli generalis.

De offitio ecclesie. Capitulum. II.

Issa & alia diuina offitia/sm morem romane curie celebretur/additis semper reuerentiis de beata Maria uirgīe/suprascriptis/excepto/q̄ frācigeno utimur psalterio/& francigena nota. Sed si aliquādo ex librorum paupertate/talis consuetudo obseruari non posset/tunc pauperibus xp̄i liceat sm libros quos habēt/& mores illorum ad quos declinauerint/quodcunq; aliud officium celebrare. Ad matu. primam/tertiam/sextā/nonā/uesperas & completorium/pulsetur campana duabus uicibus/sed in duplici festo pulsetur tribus uicibus/in uesperis & matu. solũ. Et fratres omnes/statim cum primũ signum factum fuerit/omnibus pretermissis negotiis/se preparent/ut ad secundā pulsationem/cum matura festinatione/ordinate/& composite in ecclesiam intrent. Et simul & assidue/ad missam & ad horas canonicas & alia diuina officia/que conuentualiter celebrantur omnes maneant/donec ipsa officia compleantur. Laici uero/teneantur uenire in ecclesiam/ad matu. Missam/& uesperas/& ibi tantum morari debent donec compleāt horas suas. Et debēt dicere pro matu. lx. pater noster & totidem Aue marie pro prima. xiiii. pro tertia. xiiii. pro sexta. xiiii. pro nona. xiiii. pro uesperis. xxv. ꝑ uigilia domine nostre. vii. pro completorio. xiiii. Et quando fit officium mortuorum/debent dicere pro uesperis/& uigilia mortuorum. xxx. Clerici uero nescientes dicere horas cano

nicas/dicant similiter pater noster/ut superius de laicis est notatum. Hore omnes & alia diuina officia/in ecclesia breuiter & succincte dicantur/ne fratres & audientes/deuotionem admittant. Qui ita dicimus esse faciendum/ut puncta cum pausis obseruentur/& uox non prolongetur sed sicut dictum est breuiter & succincte terminetur. Hoc tamen magis & minus ꝑ tempore obseruetur. Obsculum pacis detur solum in festis duplicibus & semiduplicibus/& in missa que celebratur/in sabato/de beata Maria/& quolibet die dominico. Fratres oēs confiteri debent/saltem bis in ebdomada. Et debēt communicari in prima dominica de aduentu. In natiuitate domini. In epiphania domini. In die cyneris. In cena domini. In resurrectione. In ascensione. In pēthecostes. In festo corporis xpi. In purificatione beate Marie. In ānunciatione uirginis Marie. In assumptione beate Marie. In natiuitate eiusdem. In festo apostolorum petri & pauli quorū festum celebratur de mēse iunii. In festo omnium sanctorum. In festis duplicibus & semipublicib⁹ & dominicis. Nullus frater ueniat de die cū clamide ad officium/sine licentia prioris.

De inclinationibus Capitulum. III.

Ngredientes ad officiū frēs/scā prio ꝑfunde reuerētia corā altari/singuli ut ad ordinē uenerūt/p̄sbyteris sil' recūbētib⁹/ad loca sua tēdētes/scō signo a priore/inclinati ꝑfūde/ ul' genibus flexis ꝑ tpe/dicāt pr̄ nr̄. Et iteꝝ scō signo a priore surgāt. Hora itaqꝫ deuote icepta/uersi ad altare/muniāt se signo crucis. Et ad gl'ia pr̄i iclinet chorus cōtra choꝝ ꝑfūde/usqꝫ ad genua/usqꝫ ad sic erat. Et sic fiat quotiēscūqꝫ/gl'ia pr̄i i ichoatiōe horaꝝ dr̄. Et ad oīa alia gl'ia pr̄i psalmorū: & ad ultios uersus hymnorū: & ad ultimū uersum cantici bn̄dicite. Et qn̄ cantat'/gl'ia in excelsis deo/ in missa/ad suscipe deprecationē nr̄am. Et ad primā collectā de missa post dn̄s uobiscum: & ad orōnē de dn̄a nr̄a/& ad post cōiones ipsa rū & sic in singulis ad orōnē diei ad collectā de die: & de btā Maria. Et in ꝑciosa/ad orōnē/scā Maria. Et qn̄cūqꝫ nomē beate Marie nominatur. Et a salue regina. Et ad aue maris stella.

Et lector/dicto iube dñe benedicere/donec bñdictio cõplea-
tur/profunde stet iclinatus. Et quãdocũq₃ pater noster/uel cre
do secrete dicitur. Et in precibus/que dicuntur post credo/in
prima/& completorio. Cum uero chorus cantat chorus ad
chorum uertatur. Et omnibus aliis tẽporibus/seruatis in cli-
nationibus/& genuflexionibus suprascriptis & infrascriptis/
fratres uersi ad altare morentur/tam in missa q̃ in aliis horis/
preterq̃ i missa/cũ ꝓphetie uel epistole uel graduale/siue trã
ctus uel uersus all'a cantantur/non cantantes sedere debeãt.
Et in psalmis alternatim sedemus/& stamus quando canta-
tur officium/usq₃ ad laudate dñm de celis. Et quotienscunq₃
corã altari fratres pexerint/profunde cũ reuerẽtia se iclinẽt.

De genuflexionibus. Capitulum. IIII.

g Enua flectimus solum in ferialibus diebus ad pater
noster/quod dicitur in principio horarum. Et ad pa-
ter noster qđ dicitur ante preces. Et ad ipsas ꝑces. Et
ad credo/qđ dicitur in prima & cõpletorio. Et ad colectã de
die. Et ad suffragia. Et ad salue regia/que statim post omnes
horas additur/post benedicamus dño. Et ipsa cum suo uersu/
& oratione dicta dicatur. Fidelium aĩe/& pater noster. Et in
missa ad primam colectã de die/& ad illam de dña nr̃a. Et ad
post cõmuniones ipsarũ:& ad post orate fratres usq₃ ad pre-
phatiũ. Et post sanctus/usq₃ ad agnus dei.& cum cantatur sal
ue regina usq₃ ad secundum salue.& ad aue maris stella quã
do cantatur. Et ad introitum salue sancta parens:& ad uersũ
ueni sancte spiritus.& adiuua nos deus salutaris noster.& ad
hymnũ/ueni creator spiritus.& ad o crux aue spes unica:quos
ꝑcioso sanguine redemisti. Ex maria uirgine & homo factus
est. Extra domũ uel locũ uero/in inclinationibus & genufle
xionibus/conformamur moribus eorum/ad quos declinamus.

De suffragiis mortuorum. Capitulum. V.

p Ro quolibet fratre mortuo cantet in quolibet conuẽ
tu officiũ mortuorũ/cum nouẽ lectionibus/& missa cõ
uentuali:& quilibet sacerdos dicat tres missas:alii ue
ro clerici psalteriũ unũ. Nescietes uero legere.ccc. pater nr̃/&

totidē Aue maria. Anniuersariū fratrū/fiat q̄ter in āno:uidelicet secūda die post festū purificatōis btē marie:& prima die añ uigiliā natiuitatis bti ioānis baptiste:& prima die post octauā assumptionis dñe nostre/& in crastino omniū sanctorū: & pro quolibet dicto suffragio/fiat idē officiū/quod infra/in anniuersario patrū & matrū. Anniuersariū patrū & matrū/fiat prima die post octauā epiphie:pro quo cantet officiū pro defunctis/cum.ix.lectionibus/& missa conuētuali:& quilibet sacerdos dicat unā missam/& alii clerici septē psalmos penitētiales/cū letaniis:nesciētes uero legere.l.pater noster/& totidē aue maria Aniuersariū uero benefactorū/fiat prima die post octauā natiuitatis beate marie/& fiat sicut scriptū est superius/pro anniuersario patrum & matrum.

De silentio. Capitulum.VI.

Silentium teneant fratres nostri/in dormitorio & in cameris/& i choro/& a dicto cōpletorio usq₃ ad primā: & in refectorio cum reficiunt fratres/tam in prima mēsa/q̄ in aliis mensis. Et intus/& extra in mensa silentiū teneāt fratres/tam prior es q̄ alii:excepto uno/qui maior fuerit inter eos:uel aliquo alio/cui pro se loqui cōmiserit. Nullus aūt aliorum ibidē loquat/nisi necessaria mense petendo:& hoc p unicam uocem breuiter & submisse: solum seruitori/ita q uix ab aliis possit audiri. Qui uero maior fuerit possit cū aliis fratribus/tam in locis fratrū/q̄ extra dispensare:cum uiderit expedire. In capitulo nullus loquat/nisi a priore fuerit iterrogat⁹. Et tunc solummō intentioni/q̄ ipsum habere credit/breuiter & submisse respondeat. Siqs autē contra pdicta/uel aliquod predictorum fecerit sm superioris arbitrium puniatur.

De ieiunio. Capitulum.VII

a Festo omniū sanctorū usq₃ ad natiuitatē dñi:& a quinquagesima usq₃ ad resurrectionē/cōtinue ieiunamus. Et a resurrectione usq₃ ad quinquagesimā/ieiunam⁹/ēt omni sexta feria. Quibus tēporibus hora sexta/paruo signo facto dicat. Nona/qua dicta/pulset campana ad abluēdas manus:& sic intrent fratres ad mensam. Et in uigilia penthe. & I

ieiunio quatuor tēporum:& in uigiliis scī ioānis baptiste.Pe/ tri & pauli:iacobi:laurentii:assumptionis btē marie:bartholo mei:natiuitatis btē marie:mathei:simonis & iude:omniū san/ ctorum:purificationis & annūciationis beate marie. A festo omniū sanctorꝫ usqꝫ ad natiui.dñi:& in quatuor tēporibus & in quatuor uigiliis dñe nostre:& in uigiliis ab ecclesia ordina tis:& oibus sextis feriis/nisi eo die occurrerit festū natiui.dñi uel scē marie quadragesimali. Vtimur cibo/super quo ieiunio neqꝫ puinciales/neqꝫ eorꝫ uices gerētes/neqꝫ priores/neqꝫ eorꝫ uices gerentes:quin fratres conuentualiter ieiunēt/nisi forsi/ tan tali sexta fer.occurreret festiuitas natiuitatis dñi:circūci/ sionis/uel epiphie:seu festiuitas dñe nostre dispēsare ualeāt uł presumant. Item a festo resurrectionis usqꝫ ad festū omnium sanctorꝫ itinerātes/sexta feria ieiunare nō teneanť. Itineran tes per totum aduentū:etiā si non ieiunauerint/ q̄dragesimali utantur cibo. A festo autem omniū sanctorum usqꝫ ad aduē/ tum/possint itinerantes extra locum sumere omnia sibi appo/ sita/exceptis carnibus. Reliquis uero tēporibus/ne illos gra/ uemus/ad quos declinamus:liceat nobis comedere fm euāge lium:Omnia que nobis pro christi nomine apponuntur. Ie/ iunamus etiam in parasceue per totum diem/ubiqꝫ in pane & aqua. Nullus extra predicta ieiunia singulariter audeat ieiu nare/sine licentia sui prioris.

De cibo. Capitulum. VIII.

Hora competenti ante prandium uel cenam/pulsetur campana ad manus abluendas. Et ablutis manibus/ simul in silētio congregati in loco competenti/ extra refectorium sedeant.Postmodum pulsetur cāpana donec oēs fratres refectorium sint ingressi.Quibus ingressis cantor di/ cat:Benedicite.& fratres repetant.Benedicite.Deinde cantor incipiat uersum:& fratres prosequanť benedictionem. Et fa/ cta benedictione intrent ad mensam:& cum a mensa surrexe/ rint/more solito cum psal.Miserere mei deus.uel alio pro tē/

pore processionaliter intrent in ecclesiam/ibidem laudes ter/minantes. Nullus fratrum presentium/a prima mensa rema/neat/pter suitores/& custodes nisi de lnia supioris. Quotquot autem remanserint/comedant in secunda mensa: ita φ tertiã facere non oporteat. Nulla fiat pictãtia seruitoribus uel mi nistris/que non fit conuentui. Frater non mittat fratri pictã/ciam/excepto priori: sed sibi datam/possit dare a dextris & a sinistris. Priores comedant in refectorio/& conuentus ciba/riis sint contenti. Similiter infirmarii & receptores forensiũ. & alii fratres/nisi cum aliquibus ciuibus si prior ob aliquam cãm dispẽsauerit: extra conuentũ aliqñ comedãt carnes. Car nes in conuentu nullo tempore comedant: sed cremio possint condiri comestiones. Priores tamen possint cum suis fratri/bus in hoc aliquando dispẽsare: sed hoc raro obseruata sem/per religionis honestate. In die uero sabbati/ob reuerentiam domine nostre/non condiatur cremio aliqua cõmestio in con/uentu. Fratres nostri tam priores q̃ subditi/in terris ubi locũ habemus/comedere non debeant extra claustrum/nisi cũ epi/scopo/uel in domibus religiosorum/& honestorum clerico/rum/uel deuotorum secularium: & hoc raro/& de licentia su/perioris. Nullus frater comedat extra refectorium/nisi in do mo hospitum: & de licentia prioris. Siquis iuxta se sedenti uiderit aliquid deesse de cõmuni/requirat a seruitore. Siqs de seruitoribus uel comedentibus seruiendo uel comedendo in aliquo offenderit/surgẽtibus fratribus/ueniam petat: & fa/cto signo a prelato/redeat ad locum suum. Nihil pertinens ad refectionem teneat in cella: sed sub potestate alicuius of/ficialis omnia seruentur: nec possit prior conuentualis dare licentiam alicui fratri ea tenendi/exceptis quibusdam aroma tibus uel pomis: & hoc in parua quantitate. Nulla comestio fieri debeat extra locũ/nisi ꝑ aliquo fratre q ualde egrotaret/nisi de licentia prioris. Et si quid comestibile alicui speciali/ter mitteretur/representetur subpriori: φ si infirmus est qui mittitur, distribuat illud inter infirmos: si sanus inter sanos:

si autem forensis/inter forẽses. Et hoc usq ad tertium diem sui aduentus. Nulla comestio mittatur extra locum/sine licẽtia prioris. Forensibus caritatiue prouideatur/ꝑut fatigatio corporis: & longitudo itineris apparebit. Nullus inuitet aliquem extrinsecum ad hospitium/uel cõmestionẽ/uel potũ/sine licentia sui prelati/exceptis religiosis personis quãtum/ad potum. Volumus etiam ꝙ fratres uiatores/nullo modo in itinere carnes emãt/nisi licentia prioris obtenta/& nisi pro manifesta necessitate uel maxima infirmitate/& tunc liceat socio/fratrem suum infirmum/in refectione sotiare. Et si dantur eis amore dei libere eas possint comedere. Sed quicũq hoc dolose procurauerit/uel cõposuerit puniat̃ ad arbitrium superioris. Volumus insuper/& mandamus ꝙ helemosyna ad ianuã ſm facultatem cõuentuum nullo tp̃e negligatur.

De collatione. Capitulum. IX.

t Empore ieiunii post primum signum cõpletorii/facto signo a seruitore intrent fratres refectorium ad collationem. Et residentibus fratribus/dicat lector/iubẽ dõne benedicere. Et benedictiõe data. s. Noctem quietã &c. & facto signo a priore dicãt seruitor benedicite: Et data benedictione ab ebdomadario. s. Largitor omnium bonorum/ bñdicat potũ seruorũ suorũ bibãt qui uoluerint. Et facto signo a priore dicat lector. Tu autem domine &c. Et responso deo gratias/intrẽt fratres ordinate in ecclesiã ad cõpletoriũ.

De infirmis. Capitulum. X.

c Irca ĩfirmos caueat prelatus/ne sit negligens. Sic enĩ procurandi sunt infirmi/ut cito releuentur sicut dicit pater noster Augustinus. Si quis autem infirmitatẽ habuerit/que eum nec multum debilitet/nec iaceat/nec ieiunia consuetudinaria comedendi turbent appetitum/talis nec super culcitras iaceat/nec ieiunia cõsuetudinaria frangat/nec cibos refectorii mutet. Volentes etiam sibi minui uel medicinam solemnem sumere faciãt cũ cõsilio medici & licentia prioris. Diminutis prouideatur in carnibus/& bono uino/ad minus duobus diebus. Sumentibus medicinam solẽnem/lar-

gius prouideat̃ ſm ꝙ in fatigatione corporis apparebit. In locis noſtris una infirmaria ordinetur in qua infirmi iaceāt & reficiantur. Silr̃ nec alii fratres comedant/niſi in cōmuni refectorio/uel domo hoſpitū. Si autem priores īfirmari cōtingerit/in infirmaria cum aliis procurent̃ infirmis. Fratres leproſi infra ſeptam ſui conuētus ſeorſum ab aliis procurent̃. Quod ſi artitudo illius loci/uel alia cauſa legitima nō pmiſerit per priorē generalē uel puīcialē/in ſua puīcia ad conuētum aliū noſtri ordinis trāſferant̃. Quia uero audiuimus aliquos priores/circa infirmos ſufficientē curam nō habere. Volumus ꝙ circa infirmos citius ſubleuandos/p priores conuentuum ſollicita diligentia habeat̃.

De lectis & modo iacendi. Capitulum. XI.

ſVper culcitras non dormiant fratres noſtri/ſed ſuper ſiſcones & ſtramia dormire licebit. Et pluminaria ſub capitibus:& lintheamina lanea/& bōbicina eis habere concedimus. Infirmis uero & hoſpitibus ſup culcitras & lintheamina linea iacere pmittimus. Extra domū autē iacere poterunt/ſicut fuerit eis ſtatutum/ne hoſpites moleſtent̃. Et dormiant ſine tunica & cappa/& diſcalciati/& cum tunicino & ſcapulari puo precincti niſi coacti graui infirmitate. Quotiēſcūq aliquis ſine tunicino uel ſcapulari iacuerit/totiens ſine ſcapulari in terra comedat panē & aquā. Nullus qui i cōmuni collocari poſſit/habeat ſpecialē locū ad iacendū/niſi ppter rerum cuſtodiam. In omni dormitorio ardeat de nocte una lampas Cellę claudant̃ equaliter exceptis uiis.

De ueſtitu. Capitulum XII.

nVeſtes laneas deferant fratres noſtri. Tunica uero ſuperior & ſcapulare & cappa ſint de pāno citromōtano uel todeſchino/nigri coloris. Sed ſub tunica ſcilicet uardacoriū alba/eſſe poſſit tam de ultramontano q̄ citramontanō pāno. Ita tñ ꝙ fratres honeſtatē religionis in pcioſitate pānorꝫ excedere non preſumāt. Lineis non utant̃/ exceptis femoralibus. Nec nr̃a ueſtimēta repetient̃ uel foderent̃ lineis. Et nulli fratrū liceat portare pelles/niſi nigras ſine licē

tia prioris. Longitudo tunice/precinte non excedat dorsum pedis. Manice sint totaliter sute. Longitudo scapularis/non excedat medium cruris. Et latitudo eius non excedat scapulas. Capa uno palmo suatur inpectore & uno palmo distet a terra. Zone sint de corio nigri coloris cum fibulis uel de osse nigro uel de ferro/non sute/sine puntali/& sine aliquo alio ornatu. Et ad zonā non portent cultelini acuti Nec cū manubrio sculpro & figurato/& munito argento/& cordula sericha. Nec sigila/Nec marsupia. Prioribus aūt liceat portare sigila & marsupia. Aliis uero officialibus non: sed procuratoribus solum liceat portare marsupia. Omni anno/dent cuilibet fratri pro suis indumentis duo florent aurei/quos teneātur expendere in indumētis sine aliqua diminutione. Et qui cōtrafecerit residuum denariorū auferatur ab eo. Duo uero turones qui dabant singulis fratribus ultra duos florenos conuertantur in studiū parisieñ. & soluant quando soluuntur indumēta. Et qlibet prouincialis in sua prouincia recolligat dictos turones/& portet eos secū ad capitulum.

De rasura. Capitulum. XIII.

r Asura sit superius nō modica/ut religiosos decet/sic ut iter ipsam & aures non sit plus nisi tres digiti. Tōsura tamen fiat de super aures. Rasura uero fiat bis/in mense uel ter ad plus.

De recipiendis ad ordinē. Capitulum. XIIII.

n Ullus recipiatur ad ordinem infra numerū.xv.annorum uel excedens numerum.lx.annorū, nisi de licētia generalis. Apostate etiam alterius ordinis/& professi cuiuscunq; ordinis uel religionis non recipiantur ad ordinem sine consensu capituli generalis. Nullus etiam illegitime natus recipiatur ad ordinem nisi de licentia prioris generalis. Nullus etiam recipiatur ad ordinem nostrum nisi in cōuentu terre unde est oriundus/exceptis locis terrarum ubi retinetur studium generale propter scolares forenses/nisi de consensu & uoce conuentus illius terre/unde ipse est/si fratres habēt locum in terra illa/uel de licētia speciali prioris ge

neralis. Alii uero habitum nostrum sumere uolentes priusq̃ recipiantur diligenter a priore cũ uno discreto ad minus exa minentur/de omnibus que eorũ ingressum impedire possent .s.an aliquis eorũ sit coniugatus/an seruus/an ratiocinüs ob/ligatus/uel alterius professionis/uel occultam habeat infirmi/tatem/aut excõmunicatus/aut bigamus/uel irregularis. Et si nouitius cum examinatione receptus/ inuentus fuerit in ali/quo examinatorum fuisse mentitus/prior qui ipsum receperat/ eum expellere possit. Cum aũt aliquis nouitius uoluerit fra tribus tribuere aliqua ultra solidos.xl.usualis monete ualen tia uel plus offerat ipsa super altare. Vel coram altari & de ipsa oblatione faciat fieri publicum ĩstrumentũ. Ea uero que pro suis uestimentis nouitius tribuit/in ipsis q̃citius expendã tur. Nullus recipiatur pro clerico/qui non sit competens ad cantandum/uel grãmaticam quod totum prior conuentualis cum consilio & cõsensu fratrum sui conuentus in tribus capi/tulis requisitoꝝ facere possit/de scientia & cõsensu generalis/ uel sui prouincialis. Sed generalis possit recipere quẽlibet/ cum consilio discretorũ conuentus uel loci/ubi fuerit i tribus capitulis requisitorũ. Nullus recipiatur pro commisso/nec ali qua pro cõmissa in aliquo conuentu/sine licentia prioris ge/neralis uel prouincialis/aut eorum uicarii. Nullus etiam ban ditus alicuius castri/uel ciuitatis/uel loci/ex commisso malefi/cio personali/propter quod exularet modo aliquo sine licen/tia prioris generalis recipiatur.

De nouitiis. Capitulum. XV.

P Rior nouitiis magistrum diligentem ad eorum in/struictionem preponat/qui eos de ordine doceat & in ecclesia/& ubicũq; negligenter se habuerit/uerbo uel signo quantum poterit eos studeat emendare & prout po/test debet eis procurare. Cum autem ante eũ de apertis ne/gligentiis delinquentes ueniam petierint / penitentiam dare uel eos in suo capitulo poterit ꝑ clamare. Humilitatem cor/dis & corporis doceat eos habere iuxta illud. Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Frequenter pure & discre/

te doceat eos confiteri. Sine proprio uiuere propriam uolun
tatē deserere pro sui uoluntate prelati obedientiam in omni
bus obseruare. Quomō ubiq̃ & in omnibus se habere debe
ant. Ipsos debet/instruere q̃ locum ubi positi fuerint ubiq̃ te
neant. Quomodo sibi danti aliqd/uel auferenti/uel male aut
benedicēti iclinare debent. Qualiter ad chameras se contine
ant. Quomodo oculos sublimes nō habeant. quomodo orēt/
uel quid & q̄ silenter/ut aliis īpedimentū non fatiant. quō ue
niam in capitulo/uel ubicūq̃ reprehensi fuerint a prelato pe
tāt. Si quis autē fratrem suum aliquo modo scandalizauerit
tam diu ante pedes eius prostratus iaceat quousq̃ placatus
eum erigat. Instruendi sunt etiam ut cum nemine conten
dere presumant. In omnibus magistro suo obediant: In pro
cessiōe/sotiū sibi colateralem attendant. Nec loquantur locis
& temporibus interdictis. Neminem penitus iudicent. Sed si
qua ab ullo fieri uiderint/licet mala/uideantur/bona suspi
centur/uel bona intentione facta: Sepe enim humana natu
ra fallitur in iudicio. Non loquantur de absente nisi que bo
na sunt. Disciplinam frequenter suscipiāt. Cum duabus mani
bus bibant & sedendo. Diligenter libros/& uestes/& res/alias
quascunq̃ cōuentus custodiāt. Si quid petitum fuerit ab uno
priore: non petatur ab alio nisi causa exposita. Sed si a maio
re petierint nō uadāt ad minorem. Item confessiones noui
tiorum/ante professionem recipiantur/& diligenter de modo
cōfessionis/& in aliis instruantur. Item nouitii ante professio
nē de debitis se expediant/& omnia alia ad pedes prioris po
nant/ut se ex toto absoluant. Item nouitii infra tēpus sue p
bationis in psalmodia & diuino officio studeant diligenter.
Item nouitii infra annum/ad longinquas partes nisi ob cau
sam necessariam nō mittātur nec in aliquo officio occupent.
Nec uestes eorum ante professionem sine sua uoluntate alie
nentur. Nec ipsi ante professionem ordinentur. Nouitii a p
pinquante tempore suarum professionū mittantur ad priorē
generalem uel prouincialē cum litteris ubi sint scripte uoces/
omnium professorum/suorum conuentuum. Nec recipiantur

ad professionem nisi de prioris generalis uel ipsorũ prouin/
cialis licentia speciali. Si quis autem nollet professionem fa/
cere tẽpore suo a religionis corpore separetur. Item uolu/
mus ꝙ nouiti silẽtium teneant inter se & cum professis & cũ
extrinsecis personis sed de prioris uel magistri sui licentia/p/
sonis prohibitis loqui possint. Item statutũ fuit & ita uolu/
mus & p̃cipimus in uirture sancte obediẽtie & sancti spiritus
quatenus in singulis conuentibus instituatˀ unus magister no
uitiorũ frater aliquis religiosus & timens deũ & si in uno cõ/
uentu sufficiens non inueniatur de cõuẽtu alio assumatˀ qui re
ceptos iuuenes instruat in timore dei & obsuruantia manda/
torũ. Nullus alius frater cõuersetur cũ eis aut quecunq̃ noui
tiũ siue iuuenem ad suã trahat familiaritatẽ. Circa p̃dictũ ma/
gistrũ iaceant & ipse surgente surgant & simul secũ ad eorum
refectorium & alia loca regularia uadant & cum eodem pari
ter reuertantur quicunq̃ alius frater nisi predictus magister
aut alius cui prior in absentia magistri cõmisserit uices suas
cum nouitero aut notabiliter iuuene sequestrauerit se aut cõ
uersationem habuerit: si admonitus per prelatum quorã unũ
uel pluribus non destiterit a cõuersatione & familiaritate hu
iusmodi tanq̃ couictus de crimine puniatur.

De professione. Capitulum. XVI.

m Odus faciendi professionẽ talis est. Ego frater. N. fa/
tio professionẽ & promitto deo omnipotenti/& bea/
te marie semper uirgini/& uniuerse curie celesti/& ti/
bi patri fratri. N. priori generali fratrum seruorũ sancte ma/
rie ordinis sancti Augustini/& omnibus successoribus tuis
obedientiam uiuere sine proprio/& castitatem/& uiuere secũ/
dum regulam beati Augustini toto tempore uite mee in hac
religione. Cum aũt sit alicuicũq̃ sic facienda est. Ego frater
N. fatio p̃fessionẽ/& promitto deo omnipotẽti & beate ma/
rie semper uirgini/& uniuerse curie celesti/& tibi patri fratri
N. priori prouinciali uel priori talis loci/uice gerenti prioris
generalis/fratrum seruorum sancte marie/ordinis sancti Au/
gustini/& oibus successorib⁹ eius obedientiam/uiuere sine p/

prio/& castitatē:& uiuere sm regulam bti augustini toto tēpo re uite mee in hac religione. Et facta pfessione/fiat inde pu blicū instrumentū. Et cōpleat expēsis illius conuētus/unde fra ter qui pfessionē facit/est oriūdus & conseruet in scrineo trium clauium dicti conuētus. Nouitiorum autem uestes/in eorum pfes sione benedicant hoc mō uidelicet. Versus. Ostēde nobis dñe mima tuam. ℟. Et salutare tuum da nobis. Ver Dñe exaudi orōnē meā. ℟. Et clamor meus ad te ueniat. Ver. Dñs uobi scū. ℟. Et cū spū tuo. Oro. Dñe iesu christe/qui tegimen nře mortalitatis induere dignatus es:obsecramus imense largita tis tue abundantiā:ut hoc genus uestimentorū quod sci pres ad inocentie & humilitatis inditium ferre sanserūt:ita benedi cere digneris/ut qui hoc usus fuerit/te induere mereat. Per eun dē christū dñm nostrū. ℟. Amē. Postmodū aspgant aq̄ bñdcā.

De itinerantibus. Capitulum. XVII.

